

ratio. Rogatus, quid esset difficile: Arcanum, inquit, recit-
cere. *Erasm. lib. 2. Apoph.*

THEOPHRASTUS Eressus dicebat, potius esse fidendum esse
ni equo, quam verbo incomposito. *Laertius.*

ZENO dicere solebat, fatius esse labi pedibus quam lingua,
eoque convivia, quantum poterat, vitabar, quod ibi solutus vi-
no, & aliorum fabulis provocatus, facilius labi posset. *Idem.*

HIERO Syraculanorum tyrannus, arcana qui enuntiarent,
hos injuriam arbitratur inferre etiam illis, quibus ea conuen-
rent. Veniant enim nobis odio non modo hi, qui enunciant,
sed & qui, quae nolumus, audiverunt. *Plur. in Apoph.*

Taciturnitate.

SIMONIDES poeta in convivio quopiam cum hospitem
recumbentem conplexisset tacitum, neque cum ullo fabulan-
tem: Heus tu, inquit, si solidus es, praudentis agis: sin prudens,
solidus. *Plur. lib. 3. Quae. convivali.*

Religione.

Scribens ad Antipatrum Aristoteles: Glorandum Alexan-
dro, inquit, quod in mortales imperium habeat: sed non mi-
nus illis de diis qui sentiunt reddere. *Plur. de Tranquil. animi.*

XENOPHANES Aegyptios monuit, Osirum, si mortalem
arbitrarentur, ne pro deo colerent; sin deum, ne lugerent.
Plur. Sermone amatorio.

TERULLIANUS in Apologetico dicit, fatius fuisse deos
fieri, sapientiae Socratem, justitiae Aristidem, militiae Themis-
toclem, eloquentiae Cicronem, felicitatis Syllam, opum
Crasum, sublimitatis Pompejum, gravitatis Catonem. Hi
enim diis ipsis praestabant hiis rebus. *L. Vives in lib. 1. Au-
gust. de Civ. Dei cap. 32.*

Notis.

SALOMON, cum duodecim esset annorum, & in somnis a
Deo, quidquid vellet, petere juberetur, non opes; non victo-
riam, non vitam longevam, sed sapientiam petiit. *Sapient. 9.*

SOCRATES nihil ultra petendum a diis immortalibus ar-
bitratur, quam ut bona tribuerent: quia si demum scirent,
quid unicuique esset utile. *Val. lib. 7. cap. 2.*

PLATONIS conversatione circumatus Dionysius minor Sy-
raculanus, cum in sacrificio publico praeco imperii aeternita-
tem tyranno precaretur: An non tu desines, inquit, nobis ma-
li imprecari? *Plur. in Dione.*

P. SCIPIO quum censor ludum conderet, & praeco car-
men pronuntiaret, uti Jupiter imperium P. R. augete: satis
amplum esse aufferit; nec ut augeter, sed ut conservarent
tantum, deinceps petendum esse putavit, & tabulas publicas ad
hunc modum emendari jussit. *Val. Max. lib. 4. cap. 1.*

Infamia.

AGESILAUS de fortitudine & justitia, ultra praestaret, ro-
gatus: Nihil fortitudinem, inquit, requiramus, omnes si justifi-
simus. *Plur. in Apoph.*

Quibusdam Eleos hoc nomine laudantibus, quod in certa-
minibus Olympiacis quovis quinquennio celebrari solitus es-
set justissimum: Quid, inquit Agis, magni mirive faciunt, si
intra quinque annos una tantum die se justos praestant? Non
putabat, in eum competere justitiae laudem, nisi qui per om-
nem vitam in omnibus actionibus justitiam coleret. *Plur. in
Laconicis.*

AGESILAUS, cum de rege Perfarum, quem *πύριος βασιλεύς*
vulgo appellabant, quaestio incidisset, inquit: Quidnam me ille
Dei major, nisi etiam justior? *Plur. de virtutis provectis.*

Legibus.

PITTACUS Craeso, quodnam imperium maximum esset,
interroganti: *ποικίλη εὐνοία*, ligni vatii, respondit: in quo scilicet
incise essent leges. *Laertius.*

PLATO leges quam paucissimas promulgandas esse putavit.
Magistratus enim si suo munere fungantur, multitudo legum
supervacanea erit: si non fungantur, molesta & perniciosa.
Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 14.

CLEONIS fuit opinio, fatius esse malis legibus assuetam civita-
tem non facile mutari, quam bonis inconstanter uti. *Thucyd.*

Apud Aeginetas castrum erat, ut qui novae condendae legis
causam daret, in visis omnibus & execrabilis foret. *Alex.*

ANACHARIS eludens studium Solonis in conscribendis legi-
bus (quemadmodum refert *Plur. arch. in vita Solonis*) *τὸς νό-
μος τοῦ ἀρχαίου ἐπιπέτασεν* & *ἔδ' ἐκείνους, ἀπὸ πρὸς ἀποπρὸς τῶν
νόμων ἀδούρητος, ἔβησαν*: *ἔὰρ δ' ἡμῶν, διακρίσαν οἰχέται*, id est,
Leges aranearum telis admissiles esse dixit, propterea quod in
illis si quid levius aut imbecillius incurrit, haeret: sin majus

aliquid, dissectae ac fugit: Sic his humiles & pauperes constringi,
divites & praepotentes non alligari. *Val. lib. 7. cap. 2.*

CHARILLOS rogatus, qui leges Lycurgus adeo paucas tulisset?
Quia pauca loquentibus, inquit, etiam paucis legibus est
opus. *Plur. in Apoph.*

AGESILAUS interrogatus quopiam, quid contulissent Spar-
tae Lycurgi leges? Fastidium, inquit, voluptatum. *Plur. in
Apoph.*

Reipublice studio.

Refert Macrobius, Caesarem Augustum aliquando venisse
in zedes, in quibus habitaverat Cato. Hic quum Strabo in-
gratiam Augusti incufaret Catonis perviciam, quod sibi ne-
cem consciscere, quam Julio victori se submittere maluisset:
Augustus respondit, quisquis praesentem civitatis statum mu-
tari non vult, is & civis & vir bonus est. Eodem dicto & Ca-
tonis memoria tutatus est, & sibi consuluit, ne quis in po-
sterum affectaret res novas. *Erasm. in Adagiiis.*

Supplicii & Poenis.

DAVID rex, propter numeratum contra Dei mandatum
populum, poenam meruerat, quae in totum populum redun-
datura erat. Proposito itaque triplici genere supplicii, Fame,
Bello & Peste, postremum elegit: fatius esse judicari, in ma-
nus misericordis Domini incidere, quam inimicorum. *2.
Reg. ult.*

Perfidia.

ASTYAGES Medorum rex, quum prodicione Harpagi a
Cyro ex filia nepore esset victus, & ad victorem nepotem ad-
ductus, Harpagum ibi vidisset, crudeliter sibi exprobra-
ntem: quaesivit, an ipse auctor fuisset Cyro suscipiendi belli, &
a Medis desciscendi: quod quum Harpagus etiam gloriam
bus asseverasset: Na, inquit senex, aut stultum te esse homi-
nem, aut impium oportet. Illud, quod alterum quam te ma-
lueris esse regem: hoc verò, quod Medos cives & populos tuos,
nihil de te male meritos, regno privatos ac liberatae
Perfarum servituti subjecisti. *Lud. Vives de concordia & dis-
cordia, lib. 3.*

ANTIPATER, quum audivisset Parmenionem ab Alexan-
dro interfectum, dixit: Si Parmenio struxit infidias Alexan-
dro, qui fidendum est: si non struxit, quid agendum erat: Par-
menio velut alter Alexander in rebus militibus. Sitatus
amicus fessellit, non est turum cuiquam amico fidere: si Alex-
ander nihil committeret sustulit, praestat a regum negotiis
abstinere. *Plur. in Apoph. Regum & Imp.*

AETIUS Patritius Romanus a Valentino III. occisus
est, imperium quasi affectasset. Miles quidam interrogatus ab
Ivo, Utrum jure casus sibi videretur: respondit: Hoc quidem
nescio, ceterum id tibi affecerat, tua te sinistra manu dex-
teram tibi amputasse. *Egnatius lib. 2. cap. 2.*

Injuria.

CATO major, injuriam ajebat, quam vis non creet pecu-
lum facientibus, tantem omnibus creare. *Plur. in Apoph.*

SOCRATES, cum avari videretur accusatores Anyum &
Melitum, ad judices dixit, vitam adinere sibi Anyum & Meli-
tum valere, detrimento afficere non valere. *Plur. de Tranq.
animi.*

Perjuria.

AGESILAUS rex Spartanorum, cum Tissaphernes contra da-
tam fidem illi infidias tenderet, latari se dicebat illius perfidia,
eo quod pejerando deos redderet infestiores. *Eliaud. 14. Var.
hij.*

DE IIS, QUAE AD CORPORIS BONA
malvae pertinent. Nempè de
Partibus corporis.

PITRACUS, cum vicissim ei rex Aegyptiorum misisset, pre-
cepissetque, ut optima & pessimam carnem auferret: victimam
excitā remisit lingua, quod tam bonorum ea quam malorum
organum sit summorum. *Plur. de Garrulitate.*

Bias julus Amafidi victimam pessimam simulque optimam
carnem mittere, excētam linguam misit: quod fraudes & com-
pendia afferret oratio summa. *Idem de Audiend.*

Forma.

ARCHELAUS, complectens in convivio Euripide formo-
sum Agathonem, atque desolante jam pubescentem, ad
micos ait: Ne miremini: quippe pulchrorum etiam autu-
manus pulcher est. *Plur. in Apoph.*

Morbis

A SOCRATES, cum decrepitam jam aetatem agens, in morbum
ineidisset, & quidam interrogaret, Quomodo se haberet: Re-
ctè, inquit, utroque modo. Nam si tuero superstes, plures
emulatores habeo: sin vita excelesco, plures laudatores.
Eliaud. lib. 2. de Var. hij.

Damnatus erat magicae artis villicus quidam, nomine Ber-
nardus, alioquin vir simplex ac frugi, ob idque domino per-
charus. Sed quia nec minus, nec persuasione adduci pote-
rat, ut penitente vellet, ad ignem penam posebatur a judici-
bus. Dominus, qui principi Mediolanensi gratus erat, obti-
nuit, ut fidejussione data, liceret hominem apud se viginti die-
bus habere. Cepit ergo illum alere non ut medicus, sed ut ru-
sticum nobilibus amicus: quatuor ova recentia manè, totidem
vesperi, tum vinum dulce atque jucundum ministrabat, car-
nes quoque & jura pingua. Postmodum ut vidit hominem ex
longo vetero respicere, hortatus est, ut omniss falsis atque
abjurdis periculosissime persuasionibus, Ecclesiae adherere vel-
let. Sed paucis opus fuit, respisit, optimisque Christianus
factus, liberalitque, usque ad mortem absque querela perfe-
veravit. *Carolan. de Rev. var. lib. 15. cap. 80.*

Vulneribus.

NICOLAUS Maltraverus, Lucii Comes, Patavinus,
homo potens, qui DCC. milites armatos, quandomcunqve vel-
let, habere poterat, comitatu milium & ficiatorum, vulneri-
bus praeritum in facie deformatorum, delectabatur, quod eos
fortitudinis sua signa circumferre diceret. Id cum Tonforti suo
obiter inter radendum iacitaret, is vero contrarium sibi vide-
ri respondisset, quod non qui patereur, sed qui aliis vulnera
inferret, majorem fortitudinis laudem mereretur: sibi persua-
dere passus est, ut deinceps Nicos ciatricos in suo comita-
tu amplius esse vellet. Hic Nicolaus cum Cane Scaligero con-
spiratione inita, belli cruenti, inter Patavinos, & Veronen-
ses, in quo supra centum millia periere, auctor fuit. *Bern.
Scardanus lib. 3. classis 13.*

Exercitatione corporis.

ALEXANDER Magnus cum pedum pernicitate aequalibus
omnibus juvenibus praecelleret, atque sodales eum ad certa-
men Olympicum accenderent: quaesivit, An reges certaturi
essent? Negantibus illis, iniquum ostendit concertationem esse,
in qua palam relatus esset de privatis, vincendus rex.
Plur. orati. de Alexandro.

ASCILLOS, cum apud Isthmum ludos pugilum spectaret,
ubi isto altero conclamatum a se theatro, pungens Jonem
Chium: Videtne, inquit, quantum valeat consuetudo? pulsa-
tus silet, spectatores vociferantur. *Plur. de Virtutis provectis.*

PHILOPOMENES Megalopolitanus dux clariss. fuit jam inde a
puero ad rem militarem pronus, atque eo quae conducerent,
affectabatur gnaviter, in armis se exercens & equitans. Cum
vero iustitiam scire videretur, suaderentque ei aliqui amici
& curatores, ut se ad exercitacionem athleticam converteret:
rogavit eos, Equid ea exercitacione militi adferret detrimenti?
Qui cum id quod erat, athleticum corpus cum militari omni-
bus partibus referret pugnare, praecipue vivendi rationem,
& exercitacionem aliam esse, quod illi multo somno, perpetua
saturitate, stas moribus, & quiete augeter tueren-
turque habitum, qui ex quolibet momento & excessu consu-
tudinis esset ad conversionem lubricus: hi omnem debeant va-
riationem callere & inaequalitatem, maxime vero assuetudini
esse, in facili inedia tolerent, facili etiam vigiliis. Quo in-
tellecto, non solum ipse eam rem fallidam & derisit Philo-
pomenes, verum etiam disciplinam omnem athleticam post praetor,
quanium in ipso erat, omni exegit genere contumeliam
& probrorum, quod appositissima corpora necessariis cer-
taminibus redderet inhabilia. *Plur. in Philopomene.*

De Indis in nostrum orbem deductis, narrant, cum saltantes
vidissent Hispanas feminas, terribis fuisse, quod illas dicerent
novo & insolito sibi fororis genere concitari. *Lud. Vives
de Christiana femina lib. 1.*

Legatus Turcae ad Mathiam regem Pannoniae missus, de
hastulidus hanc tulit sententiam: Neque ferit, neque ludo satis
consuluisse auctorem illius pugnae: minus enim negotii
quam ferium exigit, & plus periculi quam lusus postulat, con-
solationem illam hastularum exhibere. Ad haec Rex (nam & ipse
sepius in hanc arenam descendebat) Te, ait, tua tuoque, nos
nostra delectant. *Dubravins l. 11.*

GEMES Othomannus, audiens Ferdinandum regem Nea-
L. B. T. theat. vitæ Human. Tom. IV.

politianum commendari a cotpotis agilitate, saltando, curren-
do, equitando: At haec, inquit, corporis exercitia brutorum
imitatione apud Turcos servorum sunt propria: principum
verò, liberalitatis, justitiae, prudentiaeque opera. *Aegid. Cor-
rozetus de dicitis & factis mem.*

Alimentis.

CAMBESY Perfarum rex, Aethiopes quosdam Ichthyophaga-
s exploratum miserat ad Aethiopes Macrobius cum muneribus.
Rex sumpto purpureo amiculo (quod unum ex muneribus
erat) rogavit, Quidnam esset, & quomodo confectum?
Et cum Ichthyophagi veritatem de purpura deque tinctura dix-
issent: Dolosi, inquit, homines, dolosa sunt vestimenta.
Secundo loco sciscitatus de tortili, monili atque armillis, orna-
tum ejus rei exponentibus Ichthyophagis, risit, atque existi-
mans vincula esse, inquit, Robustiora apud se vincula esse.
Tertio sciscitatus unguentum, cum illi de confectura, ungue-
ntique ratione dixissent, idem dixit, quod de vestimento. Ubi
ad vinum pervenit, ejuisque conficiendi rationem audivit, ma-
jorem in modum delectatus potu, percontatus est, Quibusnam
rebus vesceretur rex, & quod longissimum tempus vitae Per-
fis esset? responderunt, Vesci regem pane, exponentes triti-
ci naturam: perfectissimumque diu vivendi spatium apud Per-
fas esse octoginta annos. Ad haec Aethiops, nihil se mirari,
inquit, si stercore vescentes, paucis viverent annis. Nam ne
tot quidem annis victuros, nisi hoc potu acceptum referrent.
Herod. lib. 3.

ARCHIDAMUS, Zeuxidami P. pollicenti suave vinum: Quod,
inquit, siquidem & exhaustur largius, & animos strenuos
labefactabit. *Plur. in apoph.* Quod ipsum quoque Gorgoni
Cleomenis F. tribuitur.

SOCRATES ajebat, Improbos comedendi & bibendi gratia
vivere: bonos verò, ut vivant, comedere & bibere. *Plur. de
audiendis poetis.*

Conviviis.

CILIO Lacedaemonius, vocatus ad cenam, non antè con-
dicebat, quam unumquemque in vitatorum intellexisset. Aje-
bat enim, convictorem & contubernalem, quibuscum navi-
gandi & militandi necessitudo imponitur, letendum esse im-
portunum. At convivis seipsum commiscere temere, hominis
esse amentis. *Plur. in Convivio.*

Vestitu.

XANTHIPPE Socratis, cum nollet ejus vestem induere, at-
que sic ad spectandum pompam prodire: dixit ille, ut quam
non ut pectes, sed ut spectetis habeas. *Æl. 1. 7. de Var. hij.*

Cultu, Vnguentis, Fucco.

PHILIPPUS Macedo quendam ex Antipatri necessariis in al-
bum judicium retulerat: quem inde ubi barbam sensit & capil-
lum inficere, expungit eum: Infuso, fatus, in crinibus, nihil
putare se fidendum in negotiis. *Plur. in Reg. apoph.*

Ajebat Socrates, inext unguenta nullum oleum melius olere,
quam quo ungebantur athletae: Amatacinum & Foliatum fe-
minis esse relinquenda. Rogatus, quid deceret olere senes?
respondit, Probatem. Dein rogatus, Ubi hoc unguentum
venderetur? Theognidis hemistichio respondit:

Ἐὶ δὴν πῆ γὰρ ἀπ' ἰδῶν διδῶναι. id est,
Qui bonus est, ab eo bona discito.
Erasmus in Adagiiis ex Xenophonte.

Morte.

EPAMINONDAS, Mortem, quae obiretur in bello, esse dixit
pulcherrimam. *Plur. in Apoph.*

C. JUL. Caesar, paulo ante quam a conjuratis interficeretur
sermone super cenam, Quannam mors optima foret, motu:
Inopinata, inquit. *Plur. in apoph.*

Mortalitate.

PHILIPPUS, cum in palestra cecidisset, & convectus corporis
vidisset in pulvere vestigium: Papæ, inquit, quam exiguum
tertae portionem occupamus, qui appetimus orbem univer-
sum! *Plur. de Exilio.*

ALEXANDER Macedo, sagitta ejus crure icto, ut confertim
cucurrerunt, qui frequenter erant cum deum salutare soliti,
gessit vultu: *Hic sanguis*, inquit, *est non*
— *diis ut solitus manare beatis.*

Plur. in apoph.
Idem dicebat: Mortalem se esse, intelligere se possimum
Y y ex

Alex somno & concubitu: quod ab eadem imbecillitate naturam incessat lassitudo & voluptas. *Plut. in Alex. & de Disf. adul.*

EPICURUS aetate jam provecus, cum quibusdam aequalibus sedens confabulabatur. Hic uno ex illis dicente, mihi factus est quinque annos vivere: alio, mihi tres: tercio, mihi quatuor: suspiciens ille, O optimi viri, dixit, quid litigatis de paucis diebus? Quotquot hic convenimus, huius lege propinquum sumus morti: adeoque tempus est nobis hinc oculos discedendi, antequam senectutis molestias graviores experiamur. *Ælian. lib. 2. Var. hist.*

ANTIGONUS rex parvo languore correptus, ut ex morbo affurrexit: Haud male, inquit, actum est nobiscum; commouit enim morbus nos, ne spiritus, cum mortales sumus, sustollamus. *Plut. in apoph.*

HORMISDA Persa Constantio Imp. urbis Romæ magnificentiam admiranti, & quid de ea sentiret, petenti, respondit: Ex his quæ vidisset, nihil sibi tam mirum videri, quàm illud verum, in urbe quoque Roma, non minus quàm in cæteris orbis terrarum locis, homines mori. *Platina.*

MESSENIANUS vir spectate sanctitatis, ac jam senio confectissimus, ad insequenti diei convivium invitatus: Quid, ait, me invitatis? ego quidem à multis annis crastinum non habui.

DE FORTUITIS bonis malivè, De

Divitiis & Opulentia, cum publica, umprivata.

TIMANDRIDAS Lacedæmonius, cum post longam peregrinationem domum reversus, rem familiarem longè auctiorem, quàm reliquerat, à filio factam vidisset: multos ab illo deos & homines injuria affectos esse, & ex rapinis opes illas aggestas fuisse, dixit. Liberi enim civis esse, ea quibus domi abundet, in deorum cultum & hospitalitatem conferre: qui fecus faciat, injustum esse. *Ælian. lib. 14. Var. hist.*

BIAS, cum partim ejus Prienem hostes invassent, omnibus, quos modò fecit belli incolumes abire passa fuerat, pretiosarum rerum pondere onusis fugientibus, interrogatus, Quid ita nihil ex bonis suis secum ferret? Ego, inquit, verò bona mea mecum porto. Peccatore enim illa gestabat, non habuerat; non oculis vienda, sed æstimanda animo, que domicilio mentis inclusa, nec mortuum, nec deorum manibus labefactari queant: & ut manentibus præstiti sunt, ita fugientes non deserunt. *Val. Max. lib. 7. cap. 2.*

POTIUS Megarenium urbe Demetrius Poliorcetes, rogavit Stilponem, Equid rerum ipsius in prædam verum esset? Cui Stilpo, Neminem, respondit, sua se vidisse rapientem. *Plut. de Tranquil. animi.*

Cum quispiam Lampen Eginetam laudaret, quod multa possideret navigia: Lacon quidam à *περὶ τῶν ἰσθμῶν, τῶν ἀδριατικῶν, ἐκ γυναικῶν ἁπλοῦν*, id est, Nihil, inquit, moror felicitatem de fomiculis pendente. *Plut. in Lacon.*

CONSTANTIUS Imp. post susceptum Imperium, Romam cum triumpho via Flaminia ingressus aureo carpento, cives obviam factos mita benignitate inspexit & veneratus est, dictitans, illud Cineæ Pythi legati verum esse, tot se videre reges in urbe Romæ, quot cives. Campum Martium cum admiratione inspicens, sepulchrum Augusti Cæsaris tot simulacris marmoreis & æneis ornatum, forum Romanum, Jovis Tarpeji delubra, thermas, porticus in provincie modum auctas, amphitheatrum Tiburtino lapide extructum tantæ altitudinis, ut eam vix humanus oculus assequi posset: Pantheon mira altitudine spatiosissimis mobilibus formatum, templum Pacis, Pompeji theatrum. Circum maximum, Septisolum, tot arcus triumphales, tot aquæ ductus, tot statuas per urbem ad ornatum positas: obstupuit, ac tandem dixit, Naturam vires omnes in unam urbem effundisse. Stabat Trajani equus æneus in foro, cui similem se facere post Constantius affirmabat. Hormisda Persa, At stabulum prius tale condas oportet, si voles equum late accedere. *Plat.*

LADISLAUS II. Hungariæ rex, ubertate soli Pannonici degustata, dixisse fertur ad Boemias fuos: Unctuosior certe est culina Ungarica, quàm Boemica. Mox petricinia commensans, confecta pro foribus Marthie regis effugie: Verè bonus hic fuit pastor, inquit: multas enim oves præpingues nobis reliquit. Tum quidam ex Barionibus Hungarica lingua, Nempe Marcus, non Lucas, fuit Mathias rex, subintulit, non ignavum bovem, sed leonem fuisse fortem, & animosum significans: cumque rex, Quid Baro dixisset? interpretem inierrogaret: is, ut periculum à Barone averteret, ait: Te putat me-

liorem, vel certe non ferè detentorem, *Io. Sambucus in ap. E. pendice Bonfinii.*

FRIDERICUS III. Cæsar cum Romam profecturus Florentiam transiret, videretque Cosmi Medici florentissimas opes, qui aliquando pauper fuisse dicebatur, exclamasse fertur: O quàm multa convivia & connumerosa verba perulit, fardaque aure transivit, donec ita locupletatus est! *Joannes Petros. in Conviv. quæst.*

Urbium situ.

MEGABYZUS Persa, Dariani exercitus præfectus in Europa cum apud Byzantium agens audisset, Chalcedonios decem & septem annis ante Byzantios urbem condidisse, Cæcos appellavit, quod sterile & importuno loco urbem condidissent, quem ante oculos opportunissimum habuissent, quem utique Byzantii post septemdecim annos muniverit. *Sab. lib. 8. Ennead. 2. ex Herod. lib. 4. At Strabo lib. 17.* Delphico oraculo monitis scribit Spartanos, ut contra cæcos locarent sedes, id est, Megareses, qui Chalcedonem sterilem solo, omisso locuplete litore, in quo Spartani Byzantium considerunt, ædificarent.

Antiquis monumentis.

ALEXANDER Magnus transmissio Helleponto lustravit Trojam, gesta heroica animo revolvens: Ubi cum ex provincialibus quispiam ei Parisiis lyram, si vellet, offerretur de futurum: Nihil, inquit, illam requiro, quando Achillis teneo, ad quam ille recrebatur, & cantabat decora illa virorum. *Plut. orat. 1. de Alexandri fortuna, Ælian. lib. 9. optasse illum Achillis lyram scribit.*

Gloria & Honoris in genere.

THEOPOMPUS, cum Pythi majores honores ei scivissent, rescriptis: Moderatos dies alit, immodicos obliterat. *Plut. in apoph.*

AGESILAUS rogatus à quodam, qua ratione magnum nomen sibi parare posset? Si mortem, inquit, contempseris. *Idem.*

SOCRATES expedita & compendiarie via eos ad gloriam pervenire dicebat, qui id agerent, ut quales videri vellet, tales etiam essent. Qua quidem prædicatione aperte movebat, ut homines ipsam potius virtutem haerirent, quàm umbram ejus consecrarentur. *Val. lib. 7. cap. 2.*

DEMOSTHENES, oratione de Corona, hoc luculentissimum & diversissimum fecit, quod juramento testatur esse, qui in Marathonæ pro Græcia decertaverant, quàm qui in scholis juvenentum rudimenta docuerunt (atque in his Iocratæ, Antiphontæ, & Ixæus) de Repub. præclarus meritis esse. *Plat. de gloria Atheniensium.*

CATO major eos, qui virtutem spoliarent honore, spoliare virtute juvenentum dixit. *Plut. in Apoph.*

GALENUS de gloria populari, & laude apud multos ita scribat: nonnullis viventibus eam aliquando commodium, seu instrumentum esse; mortuis autem nihil omnino prodesse: imò verò nec viventium quibusdam: quoniam eis, qui plurimum philosophiæ indulgerent, non parvo impedimento esset apud vulgus fama, ipsos videlicet à rebus pulcherrimis plus justo transverfos auferens. *Gesneri in ejus vita.*

Laudibus & Praconis.

AGESILAUS, si quando vituperantes vel laudantes audiret, non fecus existimabat inspicendos dicentium, quàm eorum de quibus dicerent, mores. *Plut. in apoph.*

ARISTOTELES de semetipso in neutram partem loqui debere prædicabat, quoniam laudare se, vani; vituperare, stulti esset. *Val. lib. 7. cap. 2.*

Titulis magnificis.

AGESILAUS, Asiæ euloribus regem Perfarum de more Magnum nuncupantibus: Quid me ille est, inquit, major, nisi sit justior & temperantior? *Plut. in apoph.* Quod ipsum Socrati quoque tribuitur.

ALEXANDER in Ammonis delubro appellatus à vate Jovis filius: non, ait, mirum esse; patrem enim esse naturæ Jovem omnium; adoptare autem sibi optimum quemque. *Idem.*

Status & Imaginibus.

AGESILAUS motiens amicis præscriptis, ne ullam sui fictam vel pictam imaginem facerent. Nam si quod mem recè factum extat, erit monumentum hoc meum: si nullum, ne sit omnes quidem statum. *Plut. in apoph.*

Cum C. Jul. Cæsar victor dejectas Pompeii statuas honorificè

Ac è crexisset, loquens de illo Cicero: Cæsar, inquit, Pompeji statuas erigendo, suas stabilivit. *Idem.*
CATO major compluribus postas cernens statuas: De me, inquit, præcepto, ut querant homines, cur posita statua Catoni nulla sit, quam cur posita. *Idem.*

Dignitate.

GEORGIUS FISCCELLUS Jurecos, à Sigismundo Cæsare equest. militiæ insignia suscepit. Exin cum Basilisensem synodum adisset, consulante de rebus arduis Sigismundo, dubius erat, legumne doctoribus in unum locum conjunctis, an equitibus item in alium separatis, sese conjungeret. Cùmque tandem ad equites inclinaret: Stultè agis, inquit Sigismundus, qui literis militiam præfers. Nam ego milites mille una die fecerim, doctorem unum in mille annis non fecerim. Doctrinam militiæ prætulit Imperator: quod ut ipse linguarum ac literarum peritiam amavit; ita viris eruditione præstantes semper ornare & provehere studuit. *Æneas Sylvius lib. 4. Comment. in res gestas Alphonsi, & Dabravins lib. 25.*

Republica.

DEMOSTHENES urbe pulsus dicebat, si mihi quis duas vias monstraret, alteram ad infernum ducentem, alteram ad tribunal, multo libentius ingrederer eam, que recta ad infernum tenderet. *Ælian. lib. 9. de Var. histor. & Plut.*

MELANTHUS, sine joco, sine serio, civitatem Atheniensem ab oratorum, ait, diffensione & discordia conservari. Neque enim inclinate in eundem partem omnes, sed fieri in remp. tractantium distractione aliquod momentum, quod pravum retrahat. *Plut. de audiendis poetis.*

ARCHIDAMUS Zeuxidam filius, querenti de ipso, qui Spartæ præfuit? Leges, inquit, & juxta leges magistratus. *Plut. in apoph.*

THEOPOMPUS dicenti, Spartam per reges stare imperandi artifices: Minime, inquit, per cives magistratibus audientes. *Idem.*

LEON Eucratidæ interrogatus, quali in urbe habitare queat quis securè? Ubi, inquit, neque plura neque pauciora possideant incolæ, atque ubi iustitia vigeat, & languere injustitia. *Idem.*

CHARILLUS interrogatus, quam tempus optimam putaret? In qua, inquit, perique, qui remp. tractant, de virtute inter se sine seditione certant. *Idem.*

LYSANDER Perse interroganti, quam potissimum remp. commendaret? que, inquit, viros fortes & ignavos pro merito tractat. *Idem.*

MARIUS MAXIMUS, Meliorem esse remp. & propè tutiorem refereret, in qua princeps malus esset, quàm in qua amici principis pravi existerent. Quandoquidem unus malus posset à pluribus bonis corrigi: multi autem ab uno nequaquam? *Cuspinianus in Consulibus.*

Imperio, Regno, Magistratu.

CROSO percontanti, quodnam maximum esset imperium; Pitacius Mitiilenæus respondit, *ποικίλα ἔσθαι*, id est, Varii ligni, leges inuenus. Nam olim in tabulis ligneis leges inscribebantur. Ubi summa legum est auctoritas, ibi est minimum tyrannidis. *Laertius.*

DIONYSIUS junior scilicetanti, qui pater ejus tenuis & unus de plebe, imperium Syraculis quaesivisset: & ipse, cum id teneret, & tyranni esset filius, perdidisset? Pater meus, inquit, displicente populari diuione rerum potius est, ego tyrannide invisa. Ab alio interrogatus idem: Pater mihi, inquit, tyrannidem suam, non fortuitam reliquit. *Plut. in reg. apoph. Ælianus lib. 12. Var. histor.* posterius responsum Philippo Amyntæ datum tribuitur.

ARISTOTELES ad Antipatrum scribens de Alexandro, Non modò illi par esse, ait, qui imperium in unum habebat, animos attollere: verum non minus, si quis de iis sentiat rectè. *Plut. de Virtutis provecus.*

THEOPOMPUS Lacedæmoniorum rex adiecit regnantibus Ephoros. Hinc cum eum uxor insecraret, Quod imperium filius relicurus esset, quàm accepisset, angustius: Imò amplius, inquit, quanto firmius. Scilicet ubi vim ejus immodicam remisit, simul cum invidia declinavit periculum. *Plut. ad Principem indoctum.*

Lib. B. Theat. vita Human. Tom. II.

Idem querenti, qua ratione quis fidele servare regnum? Si amici, inquit, iustam admonendi libertatem concedat: ac subditos, quatenus efficere possit, non negligat lædi. *Plut. in Apoph.*

AGASICLES Lacedæmoniorum rex, querenti, Quemadmodum quis sine satellitio imperare tuò queat? Si ita, inquit, popularibus impetret, ut liberis genitores. *Idem.*

Mortuo Philippo, ac turbatis tumultuantibusque provinciis, cum amici suaderent, omittendas Græciæ res, quique descivissent barbari, comitate illos clementiæque reconciliandos: At, inquit Alexander, audacia potius regum & animi magnitudine tutandum est. *Idem.*

Regem quandam ferunt traditum sibi diadema, priusquam capiti imponeret, retentum, diu considerasse, ac dixisse: O nobilem magis, quàm felicem pannum: quem si quis penitus cognoscat, quam multis sollicitudinibus & periculis & miserris sit referendus, ne humi quidem jacentem tollere vellet. *Val. Max. lib. 7. cap. 1.*

CN. POMPEIUS, ut ab eo Parthorum rex per legatos postulavit Phraates, ut terminis ipsis Euphrates esset: Imò, inquit, uter populus Romanus termino cum Parthis iustitia. *Plut. in Apoph.*

DIOCLETIANUS adhuc privatus dicere solebat, Nihil esse difficultius, quàm imperare. Id Flavius Vopiscus in Aureliano tradit se adivisse à patre suo. Addit causam: Colligunt, inquit, se quatuor aut quinque, simul consilium ad decipiendum imperatorem capiunt, dicunt, quid probandum sit. Imperator qui domi cautus est, vera non novit: cogitur hoc tantum scire, quod illi loquuntur: facit iudices, quos fieri non oportet, amovet à Rep. quos debet retinere. Itaque bonus, cautus, optimus venditur imperator. At vulgus ad imperatoris titulum satis esse putat nasci, aut eligi: nasci utique, eligi empris iustitiam, ac solemnibus cæremoniis confirmari. *Enst. lib. 6. apoph.*

Victoria & Clade.

Cum fuissent Athenienses eorumque socios Lacedæmonii, atque numerum intellexisset Corinthi hostium interfectorum: Heu Græciam, inquit Agesilaus, quæ tot ipsa perdidit, quot ad barbaros domandos suis sint cunctos. *Plut. in Apoph.*

THEODOSIUS I. Imp. ubi de successibus Maximi tyranni, qui Gorthodoxus erat, & de Valentiniani Imp. junioris, qui Arianos sequebatur, fuga cognovit, putavit, non mirandum esse, quod in tanto metu Imperato esset: tyranno autem tantum suppetere virum, ut Imperatorem in fugam verteret. Ille enim, inquit, rectæ fidei opinioni subsidium fert: Imperator verò, dum rectam sententiam oppugnat, contra Deum bellum movet. Et tu quidem cælesti armatura nudatus, fugæ te commisit: ille autem recta opinione munitus, superior est, & herum suum vincit. Prorsus enim veræ pietatis, auctor & legislator ejus adeste solet. Atque hæc quidem, cum longè adhuc abesset, Theodosius ad Valentinianum scripsit. *Nicophorus lib. 12. cap. 21.*

Bulgari Abares vi subactos funditis sustulerunt. Captivos autem Abares Creem ita rogavit: Unde censetis ducem vestrum, & totam gentem peritisse? Illi sic responderunt: Causa prima fuit, quod perique inter se accusarunt, & fortissimos ac prudentissimos quoque occiderunt. Deinde homines injuri & furor, loci iudicium evaserunt. Deinde ebrietas: magno enim vini proventu omnes facti sunt ebriosi. Deinde corruptela munerum. Deinde negotiatio: facti enim omnes sunt mercatores, & alios alii deceperunt. His auditis, Bulgarios omnes Creem convocavit, legeque hujusmodi constituit: Si quis aliquem accusarit, non audiat, prius quàm victus examinatus fuerit: qui si calumnias ac mendacii convictus fuerit, occidatur. Nemini liceat furi cibum impertiri, qui verò id ausus fuerit, publicus esto: furi crura confringi, vineas omnes radicibus extirpari jussit. Omni autem petenti non simpliciter dari, sed quod satis esset, dari jussit, ne demum egeret. Qui se quis fecerit, publicus esto. *Svidas.*

Patria, Regione, Finibus.

CYRUS rex, contententibus Persis, montem suam & asperam regionem campetri & molli commutare, non indultit, dicens: Et plantarum semina & hominum mores solum æmulari. *Plut. in Apoph.*

EPAMINONDAS agrum, qui campestris esset & latus, belli orchestram non cupavit: quod tenere eam, nisi insertam loro fusti haberet manum, non valerent. *Idem.*

A ARCHIPAMUS Agestila rogatus, Quantum agri Spartiata possideant? Quantum, inquit, lancea assequuntur. Idem. AGESTILAS interrogatus, Quousque pertinetur Laconia fines? vibrata lancea: Quousque, inquit, hac pertingit. Idem. Ut Parthorum rex Phraates per legatos postulavit ab Cn. Pompejo, ut terminus ipsius Euphrates esset: Imo, inquit, veteri populus Romanus termino cum Parthis iustitia. Idem.

Exilio. Cum Olympis Alexander per praconem pronunciari iussisset, ut omnes exules, Thebanis exceptis, domum redirent: Miserum, inquit Eudamidas, Thebani, gloriosum tamen edictum: Solos enim formidat vos Alexander. Plut. in Apoph.

Libertate & Servitute.

DATHYRUS Scytharum rex, in quem exercitum duxit Darius, consulit Jonum tyrannum, ut ponte Istri disolutoreciperent se: abnuentes, ob fidem in Darium, frugi mancipia nec fugitiva appellavit. Plut. in Apoph.

Agis interrogatus, Quemadmodum quis permaneat liber? Si mortem, inquit, contemnat. Plut. in Apoph.

CALLICRATIDES (sive Agestilaus) interrogatus, qui homines Jones essent? Liberi, inquit, mali, servi boni. Plut. in Apoph.

PHILIPPUS rex Macedoniae dixit Graecis, qui ab eo deficiebant, & associabant se. T. Quintio, quod catenam priorem poliuote quidem, sed longiore commutarent. Plut. de Alexanderi magnitudine.

DIODEGENES Cynicus de Aristotele, Alexandrum Philippi F. insultante, sic loqui solebat: Aristoteles, quando videtur Philippo, prandet: Diogenes, quando Diogeni. Plutarch. de Exilio.

Amicitia & Inimicitia.

CHILO Lacedaemonius, cum audiret quendam iactantem, nullam se inimicum habere: Ergo ne amicum quidem, intulit: necessitas amicitiam & inimicitiam se nitium consequi existimans. Cell. l. 1. c. 3. Notitium Atticarum, & Plut. de Vit. ex inimicis, & de Amicis.

Cum ab Agestilao questum esset, Qui potissimum hominibus se quis probare? Seditat, inquit, optima, & honestissima agat. Plut. in Apoph.

ANTALCIDAS, cuidam roganti, Qui potissimum hominibus placere posset? respondit: Si quam iucundissimam cum eis sermocinetis, & quam plurimum commodaveris. Idem.

THEMISTOCLES, Athenienses ipsum referebat non habere in honore vel admiratione, sed sicut sub platano, sub se rempeffate coorta, & ingruentibus periculis refugere: cum disserterit apud eos, castrare & rescindere ramos suos. Plut. in Themistocle.

SOCRATES dixit, Malle Darium se habere amicum, quam Darium (scilicet numam.) Plut. de Pietate erga fratres.

ALEXANDRUM Magnum monebat quidam, ut Graecis tanquam amicis, Barbaris velut hostibus uteretur. Quibus ille: At non genere, sed virtute hominum sunt statuenda discrimina: Complures enim Graecos improbos reperias, Barbaros contra probos. Strabo lib. 1. ex Eratosthene.

Idem ex primis & summis amicis in praecipuo supra caeteros honore Craterum habere videbatur, sed diligere Hephastionem: Craterus enim, inquit, regis, Hephastion Alexandri est amicus. Plut. in Apoph.

D ANTIATER dicebat, ex amicis duobus, quos haberet Athenis, neque Phocionem inducere se, ut quicquam acciperet, neque Demadem dando explere potuisse. Idem.

ANTIGONUS II. Zenone Critico defuncto, quem praeteris philosophis suspiciebat, theatrum dicebat actum suorum sublatum. Idem.

DEMONAX, nihil potius habuit inter mortales amicitia, atque mutua charitate, omnesque sibi hominem familiarem existimando. Lucianus.

ALPHONSUM Aragonum regem quum quidam accessisset, & in laudem commendationis inquit inimici sui capitalis verba ita fecisset, ut is maxime, qui similitatem eorum probe cognovant, admirationi esset: rex ad suos conversus: Haec benedictio, inquit, mihi crede, erumpet tandem in calamitatem inimici. Nec enim secessit opinio: Sex enim continuos menses benedicendo illi protraxit, ut e benedictis fidem adeptus opportunis inimicum opprimeret. Atque malitia, regis prudentia detecta est, & in ions ille a calumnia servatus. Panormit. lib. 2. de rebus Alfonso.

Solon recte iudicat de conjugio rustici cum nobilibus. Vide Tit. Mechanici prudentes.

OLYMPIAS, cum adolecens quidam aplice uxorem duxisset formosam quidem, sed famolam: Hic, inquit, consilio destitutus est: alioquin oculis uxorem non duxisset. Siquidem non oculis deest, neque digitis ducere: quomodo nonnulli supputant, quantum dotis afferat; at quemadmodum secum victura sit, non reputant. Plut. in praecip. con.

Ex illis, qui filiae suae nuptias ambiebant, probum cum pecunioso praetulisset Themistocles, ait, Virum se quartere potius, pecunia qui egeret, quam pecuniam quae viro. Plut. in Apoph.

LACON, qui pusillam uxorem duxerat: Ex malis, ait, quam minima eligenda. Plut. de pietate erga fratres.

Senatum Perfarum (cui intererat Creesus) aliquando interrogat Cambyfes, Quas ipse videretur esse vir ad patrem Cyrum? responderunt illi, eum patre esse praestantiorum, qui & omnia illius haberet, & Aegypti ac matis accessione adiecisset. Sed Creesus, qui aderat, ad Cambyem inquit: Mihi tu quidem, Cyro genite, non videris adaequandus esse patri: quippe cui non dum est filius, qualem ille te reliquit. Hoc audio Cambyes delectatus, Creesi sententiam approbavit. Herod. lib. 3.

DE PERSONIS, IN QUAS BONA malae cadunt, iudicium prudens. Prudenter iudicare de Magistratibus sacris.

CAROLUS Magnus quendam ob Pontificatum collatum gestentem, & humo in equum, abque adminiculo, uno impetu subfidentem, revocavit: Vales, inquit, ut video, virtibus, & eques haud malus es: tua opera in bellis, ubi tua virtus enitefcatur, indigeo. Proinde ignobili & imbecilli oves & gregem pecudum relinque. Avent. lib. 4. Annalium Bajorum.

LAURENTIUS JUSTINIANUS, Patriarcha Venetus, dicere solebat: Tanto facilius esse minus Imperatoris aut ducis quam Episcopi, quanto difficilius esset, quae non vides regere, quam quae videas. Bern. Iustini in vita eius.

Regibus, Principibus, Magistratibus profanis.

CLEOMENES, cive quodam ferente, Regem esse omnibus modis debere manentem: Nempè haec enus, inquit, dum ne sit contemptus. Plut. in Apoph.

AGESTILAS, cum Asia cultores regem Perfarum Magnum appellare in more haberent: Quo ille, inquit, me est major, nisi iustior & temperantior? Idem.

Idem perpetuo dicebat, Principem non mollitia & delicis praestare privatis, sed virtute debere.

ARISTO (& ante illum Socrates) extollenti Cleomenis responsum, quod interrogatus, Quodnam sit boni regis officium dixerit: Bene de amicis ut mereatur, & male de inimicis: Quamto verò, inquit, homo praclare, praestantius est bene mereri de amicis, & inimicis conciliare? Idem.

PLATO inter complures, qui Athenis magni habiti, & celebres fuere, unum censet Aristidem memorabilem. Themistoclem enim & Cimoneum & Periclem porticibus, pecunia multaque qui quilibet referisse civitatem: Aristidem verò actiones suas ad virtutem direxisse. Plut. in Aristide.

In duobus regibus praecipuum animi virtutem Alexander Macedo miratus dicitur, in Semiramide & Cyro; atque ob eam rem amborum memoriam semper veneratus est. Tabell. lib. 5. Em. 4.

SELEUCUM dicere solitum scimus: Si satis norint homines, quam operosum, quamque molestum, vel modo tantarum rerum adeo numerosas epistolas, aut scribere, aut legere, diademata projectum neminem excepturum. Cal. lib. 8. cap. 1. A. L.

ANTIGONUS rex, cum quidam dixisset, esse honesta & iusta regibus omnia: Certè, inquit, barbarorum regibus. Nobis verò honesta sola, quae honesta, & sola iusta, quae sunt iusta. Plut. in Regum Apoph.

AVGVSTVS Caesar mirari solebat, Alexandrum Macedonem non magis togatille, quemadmodum parva regna administraret, quam quemadmodum nova aia partis adungeret. Lud. Vires de Concordia & discordia lib. 4.

LUCANVS lib. 10, Alexandrum Magnum, Pellaeum juvenem, felicem terrarum praedonem vocat: &

Terra-

A Terrarum fatale malum, fulmenque quod omnes Percuteret populos, pariterque & sidus iniquum Genibus. Rhodius quidam ad ducis Romani lictorem vociferantem & ferocientem: Non laboro, tu quid dicas, sed quid ille taceat. Plut. de Non irascendo.

CA T O major, Pessimum esse dicebat reip. rectorem, qui regere se ipsum non posset. Plut. in Apoph.

HOMULIUS senator Trajano dixit: Majori ratione malum principem optari posse, qui permultos bonos haberet amicos, quam bonum, qui malorum multorum amicitias uteretur. Lampyridus.

JOANNES DUCAS Imp. Constantinopolitanus filium conforsem Imperii vivens facere noluit, dicens: Adolescentiam per se lubricam, in regibus etiam periculofam, propter adulato-rem voces, & acclamationes: quibus demeratis, idem patere- rentur, quod homo ebrius, si ad magna gubernacula navis adhibeatur. Gregoras lib. 3. Historiarum.

LAURENTIUS JUSTINIANUS Patriarcha Venetorum, cum de rectoribus civitatum secularibus loqueretur, quasi illorum laboribus condolens, non sine clementia Dei fieri dicebat, ut Virtus comes esset gloria, & quasi laborum curarumque delinimentum aliquod. Tantiisper autem gloriae cupiditati ignoscendum, dum virtutem velut ancilla sequebatur, non autem quasi domina praecederet. Bern. Iustini in vita eius.

Tria esse praedicabat Leo X. Pont. ut ad Laurentio patre sepius audisset, quae magno principi in genis rebus & laudem & felicitatem pareret. Cum amicissimis iudicij atque prudentiae opinione praestantibus diffusè consularet, statimque ab ipso animi decreto maturare ad perficiendum: Nanaquam oblivifci absentium amicorum: & nullam omnino suspicionem suspensuram putare, quae vite principatusque salutem respiceret. Summa verò esse popularitatis, ad opulentiam urbis, anno- nae commercia nullis praescriptis pretis aut legibus violare, sublatique monopolis omnia, sicuti & ora hominum, libera & vacua metus, privatis negotiatorum arbitriis relinquere. Iov. in vita eius lib. 4.

MAXIMILIANVS I. Rom. Imp. dicere solebat, Turpe quidem esse magno principi necesse literas, sed longe turpissimum, his cum moribus atque virtutibus omnino caruisse, quae populi & gentibus imperantem, cum extrema pietatis atque excellentiae laude, contra superbiam atque libidinem, & reliquas immoderati animi cupiditates, in victum penitus & incorruptum praestarent. Iovius in Hadriano VI.

Subditis.

Lacedaemoniorum rex Theopompus ei, qui stare iactabat Spartam regibus imperandi scientibus: Imò, inquit, popularibus parenti scientibus. Haec afficiuntur per se mutuo. Plut. in praecipis politici.

AGESTILAS Asia cultores, liberos ferebat malos esse, servos bonos. Idem in Apoph.

ATEAS ad Philippum scripsit: Tu regnum in viros bellandi peritos obtines Macedoniae: ego in Scythas, qui cum fame & siti pugnare valent. Idem.

Judicibus.

Cum commendarentur, quod Olympia ritè celebrarent Elii: Quiddam, inquit Agis rex, miri edunt, si quarto quoque Anno iustitiam exerceant: Cum pergerent eos laudare: Quid miri, inquit, si recta rectè utantur iustitia? Plut. in Apoph.

CATO major potestatem aui iudicem debere negavit permittere, ut aut quisquam ad jus suum obtinendum precaretur, aut ad obtinendam injuriam deprecaretur. Plut. in Apoph.

Consiliariis.

Ut civitatem Atheniensium Leosthenes praecipitem in bellum egi ingenti ipe ad libertatis, & imperii nomen arctatam, orationem ejus Phocion cupressis assimilavit: Haec namque insit, pulchrae sunt & excellentiae, sed non ferunt fructum. Idem.

HOMULIUS senator Romanus, cum a Trajano Imp. audivisset, Domitianum pessimam fuisse Imperatorem, amicos tamen optimos habuisse: dixisse fertur: Melius erat unum malum pati, quam multos: multi enim mali non possunt ab uno, quamvis bono, ulla ratione superari. Lampyrid. in Alex.

STIGMUNDVS Imp. Beatos esse in terris dicebat reges, si exulcus superbis, viros mansuetudinis & misericordiae cultores, in curia afflores, & consiliarios haberent. An. Sylv. de Gestis Sigism. Imp. L. B. T. beat. vita Human. Tom. IV.

ALFONSUS Aragonum rex, interrogatus, Quibus consiliariis maxime delectaretur? Libris, respondit: a quibus sine metu, sine gratia, quae nosse cuperet, fideliter audiret. Panorm. lib. 2. de Rebus gestis Alfonso.

Catalanis optimum factu fore censentibus, si Alfonso Aragonum regi adhuc adolescentulo septem viri ad gubernandum Rempubl. adungerentur, qui Deum timerent, iustitiam colerent, cupiditates tenerent sub freno, neque donis neque muneribus tangerentur: Alfonso laudasse consilium, atque ita respondisse ferunt: Si horum, non dico septem, sed unum tantum dederitis, continuo illi & regimena & regnum ipse facillè concessero. Pulchre innuit, paucos bonos regum esse consiliarios. Idem.

Cum vocarentur in curiam senatores, Fridericus III. Imp. Utinam, inquit, duas res consilarii mei in palatii vestibulo deponant: Sic enim & ipsi rectè consulere, & mihi inter consilia didicadicare facillimum foret. Interrogatus, Quanam res ille essent? Simulatio & Dissimulatio, respondit. Aneas Sylvius lib. 3. Com. in Panormit.

Legatis.

ALFONSUS Aragonum ad Concilium Basiliense nobles & magnificos legatos mittere noluit, sed prudentes & eruditos, Ludovicum Pontanum L. C. clariss. & Nicolaum Siculum Archiepiscopum Panormitanum Canonici juris peritiss. Illic enim juris & religionis, non nobilitatis & splendoris certamen fore scitebat. Panormit.

Agebat de mittendo ad Venetos legato. Proponebatur quidam multis titulis illustris, sed prudentes & eruditos, dominiorum: Tunc Ludovicus XI. Gallorum rex. Ut plurimum, inquit, titulorum copia, literarum junctam habet inoptiam. Sed Gallicè melius, La ou il y a tam de titres, il n'y a pas de lettres. Corrozetus de dictis & factis mem.

Et sanè haec etiam etate id obtinere pro comperto est, ut plerumque onuli titulis beneficiorum Ecclesiasticorum, aut officiorum, vacui sint crudicione, aut ingenio: Et Añnos pluribus titulorum phaleris decoratos hodie intueamur: quam generosos equos. Imò deterior sit horum praeter illis conditio, ut qui fatigantur currendo nunc Romam, nunc aliò sepius, ut añnis de beneficiis provideant.

Matronis.

ARIGEVUS (al. Argeus) commendantibus nonnullis non suas, sed certas aliorum conjuges: Non debent sanè, inquit, de bonis & honestis matronis temerè verba fieri: imò, quae sint, nisi domesticis, prorsus ignorari. Plut. in Apoph.

EUBOIDAS, cum nonnullos audiret alienam uxorem commendantes, non probavit: de indole dicens mulieribus nullum omnino apud extraneos haberi sermone melle. Idem.

Equis.

Scitè ab Equifone quodam dictum, Nihil perinde saginare equum, atque regere oculum. Plut. de Insti. libris. Quod ipsum M. Cato ad agrum transtulit.

Gallis.

CLEOMENES pollicenti gallos gallinaceos dare sibi, qui in pugnando expirarent: Minime verò hos, inquit: caeterum da mihi illos, qui in pugnando interficiunt. Plut. in Apoph.

JUDICIA BELICA PRUDENTIA, PUBLICAE, PRIVATIM. Consule Tit. Prudentiae belicae in explorandis hostium consiliis: item, Deprehendendis praedictoribus aut exploratoribus. Illic Modus invenendi: hic Iudicium de rebus aliorum consideratur.

DE REBUS SUIS PRUDENTIA iudicare. Nempè de

BELLO SUSCIPiendo, PERSEQUENDO, deponendo.

Ob Paulaniae tyrannidem Graeci a Lacedaemoniis ad Athenienses, duce Aristide Justo, defecerant. Eam rem veluti majestatis diminutionem ægerimè ferebant Spartani, & illud vetus oraculum esse putabant, quo Deus jubebat eos canere, ne claudum imperium gererent: at claudum tum maxime imperium geri, quod duo imperandi jura terra marique cum habere soliti essent, maris imperio jam privati, veluti membro mutilata majestate, reliquum ferrent claudicando. Cum ab omnibus ferè in hanc sententiam iretur, senator quidam Oetmarides, ex genere Herculis, magna propter singularem virtutum auctoritate, contra consulere ac luadere ingre- Yy 3 lus

A suis est: rei matidmā curam atque imperium Atheniensibus permitendum, Spartanis nequaquam usui esse. Cumque in hac, tametsi aliena principio penitus ab re & omnium opinione videretur, multas atque ipsam rem explicantes discedendo rationes attulisset, praterquam cuiusdam credibile videretur, senatui populoque persuasit, ut captum de bello Atheniensibus movendo consilium relinquere. *Diod. lib. 11.*

EUDAMIDAS interroganti, Qua de causa, cum cives ejus decernerent adversus Macedonas bellum, ipse quiescendum decernat? Quod nolim, inquit, eos arguere mendacii. *Plut. in apoph.*

EPAMINONDAS postremo certamine ad Mantineam vulneratus ac relatus in tabernaculum, accivit Deiphantum, mox post illum Jollidam. Quos ut accepit cecidisse, componere Thebanos, quod duce carerent, iussit cum hostibus bellum. Atque ipsa dicto ejus alipulata est, quod optimē petipēdōs labuisset cives. *Idem.*

Cum rumor allavisset, incerto auctore, de Alexandri obitu, profertur bulque extemplo in suggestum otatoribus, neque cunctandum, sed bellandum jam, iudicantibus: Phocionem praetolandum, cenit, & certum cognoscendum: Nam hodie, inquit, si mortuus est, & cras erit & post mortuus. *Idem.*

Hanno Carthaginensis senator nobilis, Barchinæque factionis amulus, secundi belli Punici eventum iuxta civitati calamitōsum praevidit. Cum Magone Annibalis Pœnorum ducis fratre in curia referente, castra intra biennium oc. milia hostium, ab Annibale quatuor consulares exercitus deletos, magnam Italiae partem à Rom. ad Pœnos defecisse, & ut major fides iis, quae dicerentur, accederet, cum tres annulorum modos in curia vestibulo effudisset, interrogatus Hanno ab homine Barchinæ factionis, An belli, quod in Italia gererent, adhuc pœniteret? percontatus Magonem Hanno dicitur, Equus ex urbe Roma post tot clades acceptas ad Annibalem venisset pacem petiturus? an Romæ ulla pacis mentio facta diceretur? Cum ille utrumque negasset: Bellum, inquit Hanno, tam integrum & periculōsum hodie, quam à principio fuit, cum Romanis habemus. Variatum diu est circa Siciliam priore bello: verum qualis fuerit exitus, nemo est vestrum qui non aut viderit, aut fando audiverit: & nunc maximè vereor. Nam si (quod nolim) fortuna variare coeperit, frustra pacem imploremus, quam nobis vincētibz nemo detulit. *Sabel. lib. 4. cap. 8. & Valer. lib. 7. cap. 2.*

APRILIUS CLAUDIUS crebro dicere solebat, Negotium populi Rom. melius quam otium committi. *Cassius lib. 11. cap. 1. Antiquarum Lectorum.*

METELLUS devicta Carthagine, nescire se illa victoria nomine plus, an mali Reipubl. attulisset, asseveravit, quoniam ut pacem restituendo profuisset, ita Hannibalem submovendo nocuisset. Ejus enim excitata dicebat, metuque debere, ac acri amulo liberata, in eundem locum revolveretur. In aequo igitur malorum posuit utri tecta, vallari agros, exhausti arantium, & praeteritoris hebetari nervos. *Val. Max. lib. 7. cap. 2.*

AUGUSTUS praelium aut bellum suscipiendum omnino negabat, nisi cum major enolumentū spes, quam damni metus ostenderetur. Nam minima commoda non minimo tectantes discrimine, simul ajebat esse aureo hamo piscantibus, cujus abrupti damnum nulla captura penari posset. *Svetonius.*

LUDOVICUS XI. Gallorum rex (cujus post filius Carolus VIII. regnum Neapolitanum tam leviter amisit, quam facile acquisivit) à multis lepē nec levibus de causis ad res Neapolitanas impulsus, à Genuensibus in super ad suā patriæ, à patre suo Carolo possessis, dominatum evocatus: semper Italicarum rerum curam recitavit, ratus rem esse iumpus infiniti, molestiarum plenam, ac denique regno Galliae perniciōsam: affirmans semper, exercitus trans Alpes mittere, aliud esse nihil, quam molestias & pericula infinito regni Galliae auro & sanguine comparare. *Gniccardi. lib. 1.*

ROBORTUS SAXONIAE dux Carolus IV. Imp. potentis, & omnibus acceptis ad Hierosolyman recipiendam hortabatur, maximè cum pessilente vi Octientem propē hominibus exhaustum esse constaret, Occidentis vero vires illum unum conturbatibus animis securitate viderentur. Cui ille: Praclarum quidem instrumentum hoc fore, sed à multis ante se principibus infeliciter tentatum, ab aliis feliciter quidem, ceterum propter successorum ignaviam magno sudore parva, brevi ab impijs denudō recepta fuisse. Neque ullam vel recuperandam

vel retinendam Terræ sanctae rationem fore, nisi prius id agatur, ut imperium Orientale, à perfido Graeculo possessum, Occidentali jungatur. *Dubravus lib. 22.*

STANISLAVUS I. Polonorum rex, cum animadverteret, ceteros principes feracibus odiis inter se digladiari, ac totum penē orbem Christianum plus quam civilibus bellis ardere, omni honesta ratione semper Turcicum bellum declinavit: & Ludovico, fratris filio, Ungarorum & Boemorum regi sedulo idem suavit. Non quod à plā contra barbaros ac devotos Christiani nominis hostes expeditione abhorret, sed quod suas illorumque vires iusta lance metueret. Sic enim iudicabat, neque suum esse, nec unius planē cuiusquam principis, tam validum hostem, qui Asia, Aprica, Europaeque magnam partem ditione teneret, florentissimum Graeciae imperium everteret, Caramanos, Cilices, Syros, Aegyptios, & nescio quas praterea gentes una astate subjugasset, denique latissime dominari Periarum regi gravis esset, rebellare. Coniungenda esse Christianis principibus arma, si hostem illum à cervicibus suis vellent depellere. *Cromerus.*

Pactio nulla fuit unquam inter Gallos & Anglos, in qua non ingenii vi & acrimonia Galli praesertim: adeoque proverbio dicitur apud Anglos (quod ipsi aliquando mihi in retum itatione recitariunt) quoties cum Gallis praeco concertant, victores se plerumque fuisse: quoties vero cum illis pacti sint, detrimentum semper aliquod accepisse. Et recte quidem ita iudicavit: Habet enim Gallia praestantissimos viros, ex iis quae novi non paucos, quibus rectissime committi potest maximarum rerum gubernatio. *Phil. Cominens. 4. Comment.*

Societate bellica.

ARCHIDAMUS Agesilaei, cum non audirent eum Graeci, abnuentemque initum cum Antigono & Cratere Macedonibus foedus dirimere, ac se in libertatem vindicare, quali duriores futuri Lacedaemoni, quam Macedones essent: Ovis vocem, inquit, mitti semper eandem, multas homo & varias, dum quod vilium sit, effecerit. *Plut. in apoph.*

Succedente Byzantiis populo Atheniense, quod non accepissent urbe Charetem, quem miserant iis cum copiis adversus Philippum supplicatis: ostendit Phocion non esse diffidentibus succedendum locis, sed infidis ducibus. Ibi creatus dux, habita ei à Byzantiis fide, coegit Philippum re infecta recedere. *Idem.*

M. CATONI majori, res gerenti adversus Beticam incolentes, terrorem incussit multumdo hostium, ibi Celtiberi foetatis mercedem ducenta talenta postulantibus: Romanis vero indignantibus mercedem barbaris promitti, ceteros ostendit eos? Siquidem si vicerent, depulsi non de non de suis, sed de hostium facultatibus: fin essent victi, non fore neque qui exigerent, neque à quibus exigerent. *Idem.*

Bellis civilibus profecto in Hispaniam Caesare, Cicero navigavit extemplo ad Pompejum. Ac ceteri quidem gavisi adventu ejus sunt. M. Cato, ubi eum vidit, objurgavit eum graviter remotis arbitris, quod ei set Pompejum secutus. Sibi quidem parum honestum fore, an quas à principio probasset, eas reliquisset Reipub. partes: Iplum vero, qui plus profuturus patriæ & amicis esset, si domi manens mediis rebus ad eventum moderaretur, temerè nunc nulla compulsionē necessitate hostem factum Caesari esse: & ad tanti delictum illuc venisset societatem. *Plut. in Caesare.*

ATTILA Hunnorum rex, orbis terræ terror, Romanorum ditiones invadere cogitans, Theodoricum Ostrogothorum regem in Gallia, simulatis contra Valentinianum Imp. inimicitiis, in suas partes pertrahere studuit. Verum Aetius Patricius, dux Valentiniani clarus, astutia ejus cognita, Theodorico fraudem detexit. Itaque conjunctis viribus in Catalaunicis campis Attilam prostravit, ut turpi fuga vix evasisset. *Paulus Diaconus.*

LUDOVICUS SEPTIMA Mediolanensis princeps, cum quis ei suorum, confensurus cum rege Galliae Venetos contra illum, diceret: Bono es animo, inquebat, nunquam id Senatus decerneret: namquam Veneti majorem se finitimum sibi regem starent esse. Itaque in Rempublicam quos volo, meo iure ludos facio, ejus rei non dubius, quin me malit ita suum, quam regem Galliae mei regni dominum. *Bembus hist. 2. hist. var.*

Obidebat Nussiam urbem Carolus Burgundiae dux. Ludovicus XI. Gallorum rex per legatos Fridericum III. ad foedus contra Burgundum sollicitabat, his conditionibus ut

Aut eo victo Gallis Flandria, Imperatori Burgundia cederet. Fridericus acceptis Galli mandatis: Fuit non procul, inquit, à quadam urbe Germaniae ingens aliquando urfus, qui totam vicinam regionem multum infestabat. Ejus oppiditres quidam juvenes veniunt, ut conseruant, ad cauponem, rogant prandium sibi praebere: fore, ut intra biduum perfolvant omne debitum, posse capturos ursum illum vastatorem, ejus pellem magno posse vendi, & futurum, ut aliquo praeterea munere cohonerentur à civibus, obinteremptam bellum, quae tantum dederit damni. Caupo conditionem accipit. Pransi contendunt ad latibulum ferae. In quam quum opinione civitius incidissent, perterrefacti subito occussu, in fugam abeunt. Ex ipsis in arborem unum conscendit, alius ad urbem, quantum potest, fugit: tertium urfus comprehendit, & prostratum pedibus conculcat, alius deinde propius ad aurem admovet. Inter ea miser ille mortui praebet speciem & hominis exanimati. Ea enim est urfi natura, ut si, quod accipit animal, mortuum esse putet, non infestet amplius. Itaque cum & istum crederet extinctum, relinquit, inquit, speluncam redit. Ille tandem ubi confluxerit, urbem petit. Qui in arborum confugerat, incolumem illum esse videns, accurrit, & valde cupide rogat, quid in aurem immurmurasset bellua. Hoc, inquit ille, mihi praecertum dedit, ne unquam urfi pellem deinceps vendam, nisi capta primùm fera. Praeter hanc fabulam, nihil tum aliud legato respondit, oblique significans regi, ut cum exercitu, quem promiserat, veniret: atque conjunctis viribus hostem, si possent, caperent, ac ipsius deinde facultates inter se partirentur. *Phil. Comin. lib. 5. Comin.*

Ducis delectu, officio, praestantia. Archilocus Iambogaphus de duce militia sic scribit: Non diligo magnum duce, Stupido nec animo praeditum, Nec gloriantem perula Caesaris, & ad nauum undique: Magis sed incursum probo, Tuoque qui ponit gradum, Et qui pilosus mente sit. Conducit ut qui cogitet. *Hec Dion Chrysostomus in Tarsica priore.*

PELOPIDAS Epaminonda collega, orante uxore ad praelium progredientem, ut se servaret: Id alius, inquit, est subijciendum: imperatori verò & duci, ut servet cives. *Plut. in Apoph.*

PAUSANIAS Pisonadae roganti, Qui frangere valerent Thracas? Si optatum, inquit, designaverimus duce, Idem.

AGESILAUS duce uti dixit debere adversus hostes audacia, erga pacatos benignitate. *Idem.*

PAUSANIAS Cleombroti, qui poetas Tyrætarum civitate donassent? Ne, inquit, peregrinus unquam vi deatur esse dux noster. *Idem.*

THEMISTOCLES se comparat platanis, sub quibus tempestate coorta refugiant homines: quae ubi emarcuerint, eas praetereunt lacerant & vellunt. Idem. *Sed Aelianus lib. 9. querubus se se comparasse ait.*

LYSANDER, quem admodum in ejus vita memorat Plut. irridere solitus est, qui velat Hercule prognati, bellum aperitis viribus, circaque dolum gerendum esse censebant: cum ipse magis existimaret, boni ducis officium esse, quod leoniam non attingeret, eò assevere vulpinam. *Idem.*

CHABRIAS dicere solebat, Exercitum terribiliorem cervorum esse duce leone, quam duce cervo leonem. *Plut. in apoph.* Quod ipsum Stobaeus Philippo quoque ascribit. Idem summum esse dixit ducis officium, habere explorata hostium consilia. *Idem.*

Cum oratorum Athenis cum Timotheo & Iphicrate Charetem Theocharis filium comperant corpore florentem & robustum, ac talem esse dicere debere Atheniensium imperatorem: Iphicrate Timotheo, Minime gentium, inquit: sed ejusmodi esse eum, qui fragula Imperatori est portaturus: Imperatorem vero eum, qui simul à fronte & à tergo negotia videat, & cauj salubria consilia nullo animi motu proleuler. *Plut. an sen. tract. resp. & in Apoph.*

PYRRHUS interrogatus, Python an Caphisus tibicen melior foret? Polyperches, respondit, dux. *Plut. in Regum apoph.*

CLAUDIUS Quadrigerius annulum scriptor, Acilianos liberos, ut Livius ait, secutus, P. Scipionem in legatione Rom. ad Antiochum fuisse tradidit, in qua opinione & Plutarchus quoque. *L. B. Theat. vite Human. Tom. IV.*

quae fuisse videretur: ibique duces ipsos in colloquium venisse, E rogatumque Hannibalem à Scipione, Equem omnium imperatorum maximum fuisse arbitrarer? praetatum ab eo ceteris ductibus Alexandrum Macedonem, qui cum modicis copiis immensos vicisset exercitus. Mox Pyrrhum regem secundo loco nominatum, quod optimè omnium castra fuisset metatus. Rogatus, quem tertium existimaret? Scipium respondit. Tum Scipio: Quid si me vicisset Hannibal? Praestitsem me, inquit, omnibus. Quibus verbis letatus Scipio, ita fit hostis responsum interpretatus, tanquam tacita ejus confessione ipse omnium praestantissimus iudicatus esset. *Sab. lib. 6. Em. 5.*

P. SCIPIO Africanus, turpe esse ajebat in re militari dicere, non putaram: videlicet, quia explorato & excusso concilio, quae ferro aguntur, administrari oportere arbitrabatur summa ratione. Inmendabilis enim est error, qui violentiae Martis committitur. *Val. 1. 7. c. 2.*

L. PAULUS Aemilius, devicto Perseo, cum convivia exhiberet victoribus, ejusdem esse dixit peritiam, aciem quam horrendissimam hostibus, & convivium instituere amicis quam jucundissimum. *Plut. in apoph.*

Apud Florum in lib. Tui Livii 49. quum Scipio rem in Africa fortiter ac feliciter gereret, Cato in senatu reliquus, qui militarent in Africa, umbris militare dicebat, Scipionem vigore. M. Cato, qui à Pompejo differerat in violentis ejus cum Caesare actionibus, ut exarist inter eos bellum, auctor fuit, ut Pompejo imperium permitteretur: addens, Eorundem esse facere magna mala, & comprimere. *Plut. in politis.*

AUGUSTUS nil minus perfectio duci, quam felicitationem temeritateque convenire arbitrabatur. Crebro itaque illa praebat: *Σπείρης ἑσπάρδος ἀσπάρης ἢ ἐὶ δούλιον, ἢ ἑσπάρης ἐρατὴ ἀστὴρ.* Et: Sat celeriter fieri, quicquid fiat satis bene. *Sveton.*

Admiratione dignum est, quod omnes quocumque duces Valerianus Imp. fecerat, postea milium testimonio, dum Gallienus popinatur, & balneis ac lenonibus reputat vitam, ad imperium pervenerunt, sub xxx. tyrannorum nomine. Ut appareat, senem imperatorem in delgendis Reipub. ducibus talem fuisse, qualem Romana felicitas, si continuari fataliter potuisset, sub bono principe requirebat. Sed Gallienum fortuna diutius, quam oportebat, reservavit: Ad quintum decimum enim annum pervenit cum Valeriano patre, qui septem, caprus inde à Sapote Periarum regis, ipse verò solus octo annos regnavit. *Cuspinianus.*

Coram Eduardo III. Anglorum rege, variè inter se discorantibus primoribus, quaestio invidiosam ac difficilem Principi Heraldorum (si sunt emeriti milites, magno apud Anglos honore) rex proposuit, ut videlicet tres ea atque praclarissimos virtute bellica nominaret. Is qui non solum eos, cum quibus ipse vertatus fuerat, noverat, sed etiam externa omnia bella, duceque diligenti cura pervestigatos memoria tenebat: primum se Henricum Imper. nominare ajebat, quod cum tria regna, tresque reges subigisset, ad extremum uique vitae perpetuo felicitatis curtu dignitatem suam tutatus fuerit. Secundo loco Aegyptium Argentinensem equitem auratum, qui tribus aciebus contiguus Saracenos (quod antea vitium non fuerat) vicisset, utique eorum duces occidisset. Tertium locum, si eam pace regis hostem laudare esset integrum, Roberto se Basilio Scotorum regi concedere. In cacunium tunc affidentes soluti, quod non veritus fuisset coram rege, tanto hostem dignari honore. Atis: Nisi tantus esset Robertus, si quanta nostra foret ignominia, qui ab illo toties victi sumus? Imò verò ipsi Henrico Imp. praerendum censeo, cum ille consilio auxilique suorum instructissimus sit: hic autem externus & inops occupatum à potentissimo ac bellicosissimo rege Eduardo II. regnum Scotorum, recuperavit & stabilivit. Ea si falso dicta viderentur, singulari se certamine confirmatarum, vir magni animi professus est. *H. Boetius lib. 5.*

De Nicolai Picinini ducis bellici clariss. rebus gelis coram Alfonso Aragonio diserebatur. Laudantibus plerique, amulorum unus mirari se dicebat, qui lanit filium tot praconis extollere non erubesceret. Tum rex, Ego verò malum lanit esse filium talis, qualis est Nicolaus, quam regis potentissimi filius, similis multis in orbe Christiano regibus. *Panorm. & Lud. Dominicus lib. 1. Var. hist.*

Militibus, Exercitu.

Venit Agamemnon in suspicionem, quod largitione redemptus divitiis cuidam commectum dedisset.

A *Aetram qui dederat dono, ad Trojam ne sequatur Se excelsum, sed ibi sese oblectans resideret: Namque huic divitiis donaret Iuppiter amplas.* Verum recte atque ordine sanè fecit, ut ait Aristot. qui bonam equam tali homine habuit potidorem. *Plur. de Audient. poet.*

Hector expugnatur castra Graecorum, cum arduum opus illud esse intelligeret, desiderioque ipsius efficiendi arderet, se cum duxit Cebrionem arigam, cum cognosceret, majorem virtutem in ipso esse, quam in proprio illius ministerio requireretur. Illo igitur uti voluit in re, quae tunc premebat: alterique muneri destinavit alium villorem hominem: *Victorius lib. 29. Var. lect. cap. 10.*

A *GIS* rex, quodam sciscitante, Quot sint Lacedaemonii? Tor, inquit, qui ad propulandum sufficiant malos. Idem quaerenti alii: Multi tibi, inquit, esse videbuntur, si eos pugnantem contempleris. *Plur. in Apoph.*

Idem negavit querere Lacedaemonios, quot sint, sed ubi sint hostes. *Idem.*

ARISTO requirenti, Qui numerus Spartiarum esset? Tantis, inquit, qui satis sit ad illum movendum hostes. *Idem.*

POLYDORUS Alcamenis interrogatus, Quid Spartiate in bello pericula forti animo capesseret? Quod vereri, inquit, didicerint duces, non timere. *Idem.*

ANTALCIDAS, murum Spartae juventutem esse: fines, lanceae cuspidem dicebat. *Idem.*

CYNEAS cognita Romanorum multitudine, identidem post acceptam gladem copias instantium, dixit, Pyrrhum sibi videri adversus Ierameam hydram pugnare. *Erasm. in Adag.*

HANNIBAL profugens apud Antiochum regem agebat. Is ostendit illi suum exercitum barbarico apparatu magnifice instructum, sed ad praedam magis quam ad bellum. Hæc omnia quam diligenter esset contemplantur Hannibal, rogavit Antiochus: Num hæc omnia satis essent futura Romanis? Tum Hannibal: Planè satis arbitror, etiam si avarissimi sint Romani. Lufit Pœnus ab inexpectato. Rex de prælio sciscitabat: iste respondit de præda. Quid enim aliud est miles imbellis, auro, argento, cæterisque rebus ad prædam invitantibus instructus? *Plur. & Gell. lib. 5. cap. 5.*

P. SCIPIO Africanus, cum miles scutum ei egregie exornatum ostentasset: Scutum quidem, inquit, adolefcens, bellum est: at decet militem Romanum spem in dextera potius quam in sinistra reponere. Qui vallum gerebat, cum oppido se diceret degravari: Merito, inquit, nam ligno huic plus quam gladio fides. *Plur. in apoph.*

M. CATO in Hispania maximis minimisque rebus obcundis, in nullum acerbum quam in seipsum exercebat imperium; parsimonia, vigiliis, & labore cum infimis militum certabat: sapius dicere solitus, non placere sibi militem, qui magis stertendo auditur, quam hostibus inclamando: nec qui in tunica manus, in prælio pedes agitat. *Sab. lib. 6. Em. 5.*

Idem nolle militem se dicebat, qui inter eundem manus, in pugnando moveret pedes: qui sterteter altius, quam in prælio fremeret. *Plur. in Catone.*

MATTHIAS Hungarorum rex suspectus fuit, quasi pecunia sua conjurationes in Boemia aleret contra Uladislaum regem, ut vel per illas regno Boemia potiretur: crebro dicere solitus, hoc sibi ad deterrendos quoslibet in orbe hostes deesse, quod Boemos Hungaris adjunctos sub regno suo non haberet. Uratislavæ certe obessus a Casimiro Polonorum rege & Uladislo filio Boemorum rege, conspecto Polonorum & Boemorum exercitu, tremebundus dixit, se totius orbis imperio potiturum, si tantum exercitus imperator esset. *Dobravins lib. 31.*

LYSANDER Argivus, qui de controverso agro adferre videbantur quam Lacedaemoniæ quiora, districto gladio: Qui hoc, inquit, potatur, hic de agri finibus dicet optimè. *Plur. in apoph.*

FERDINANDUS DAVALUS Piscarius dicere sepius solebat, Nihil iis, qui in bello versarentur, esse difficilius, quam Martem simul & Christum pari disciplina coluisse, quantum mos bellicus, in hac corruptela militiæ, à justitia & religione penitus avertus esse videretur. *Jovius in Piscario lib. 2.*

Proditione, Desfectione, Deseritione.

In eo bello, quod Cyrus minor adversus Artaxarxem fratrem suscepit: Artaces prius dum prævalere Cyrum viri-

bus existimaret, ab Artaxerxe ad Cyrum defecerat: rursusque Cyri accepto interitu, ad regem se converterat. Accutus, pena deseritionis, capite videlicet, puniendus videbatur. Sed cum rex ipse cognosceret, religiosissime judicavit, hanc veniam & incertam partium in bellis contentionem, & mutabile studium, magis ipsius animi, mollioris & ignavia, dobioque discernentis animo nasci, quam proderet & machinari quid mala mente & dole malo cupientis, Jussit igitur, Artacem notari dumtaxat, humiliterque nudam meretriciamque summa apud Persas ignominia fuit: in via publicè tora de ferre. *Plur. in Artaxerxe.*

A *GIS* Archidami filius, cum Ephori aliquando ei edixissent: Perge trahens tecum juventutem ad hujus patriam: ducere te hic ipse in arcem: Qui conveniat, inquit, tantam pubem ei, qui suam ipsius patriam prodit, credere? *Plur. in apoph.*

A *GIS* minor, Ephoris, ut milites traderet proditori, præcipientibus: negavit credere alienos se ei, qui proderet laos. *Idem.*

Cum Darius rex contra Scythas expeditionem institueret, & ponte subicilio Bosphorum Thracium junxisset, & jam trans Istrum exercitum transfusus per rates: cum Jones ex prælo pro regis pontem ex ratibus solviturus esset, Coes Eryxandri F. Mitylenorum præfectus distulit, & pontem integrum relinqueret: quoniam verebatur, ne Scythæ more suo fugerent, & expeditio irrita fieret. Id quod & factum est. *Herod. lib. 4.*

DEMARATUS rogatus, cur iis, qui clypeum projicerent, dedecus imprimere: illis, qui glæam vel thoracem, non item? Quia hæc, inquit, sui ipsorum causa sumunt: clypeum communis aciei gratia. *Plur. in apoph.*

Belli statum.

Cum Tomiris Massagetarum regina Cyro Persarum regi optionem dedisset, ut vel ipse tridui itinere in Massagetarum regionem progredere, vel se esse in Persarum ditionem excurrere sineret, ut de summa rerum unico prælo decerneret post se: cæteris satrapis hortantibus, ut Tomiryn cum exercitu in Persidam progrediam exiret, solus Croesus rex Lydororum contrarium suavit, ut scilicet Cyrum in Massagetarum ditionem progredere: ne si in Persidæ vicibus esset, tum regnum amitteret: si victor esset, facilis regnum Tomiridis subigeret. Quod nisi Cyrus parvisset Croesi consilio, non modo vitam amississet, ut amittit prælo vicibus, verum etiam regnum omne Massagetis occupandum dedisset. *Herod. lib. 1.*

XANTIPPUS Lacedaemonius, vis impiger, & in armis diu exercitatus, qui bello Punico primo Carthaginensibus, sepe jam à M. Attilio Regulo victis, auxilio venit: auditu Carthaginensium cum Romanis congressu, & quam parum utiliter fuissent castra in arduum transata, quum per plana & aperta loca ob elephantos & equites, quos tum Perci habebant, in hostem in oportuisset: nihil oblatèrè jactabat, non Romanorum virtute, sed suorum ducum stultitia, Carthaginensium calamitose prælio superatos. Quam hominis asseveratio in curiam delata, in causa fuit, ut in senatum Xantippo accesserit, quam eadem constanter affirmaret, spemque faceret Punicæ rei brevi tempore in integrum restitueret, si consilio & ratione bellum administraretur, totius rei summam partes decernerent. Continuo cum ipso duce mutati animi. Mox ubi apparuit quanto tuior salubriorque disciplina ab eo quam aprioribus ducibus adhiberetur, omnis militaris multitudo ad eum restituta est, ut nihil magis optaret, quam prælium, læque commisso prælo, Romani victi: Attulit ipse captus est, & verum esse Euripidis illud ostendit, unius reductum consilium multos vincere milium multitudinem. Superavit ille sua prudentia exercitum ad eam diem invictum, restituitque Pænis civitatem multis cladibus afflictam, collapsaque virorum animos in spem pristinum erexit. Ipse optimè sibi consulens, Punicæ re in pristinum statum restituta, priusquam patra gloria in invidiam verteretur, in Peloponnesum abiit. *Sab. lib. 9. Em. ad. 4.*

DEMOSTHENES Antipatro Lamiae obleso à Græcis, Atheniensibusque læti nunciis causa diis honorem habentibus, cui dam ex familiaribus Agestratro ostendit, non esse in eadem sententia e cum aliis, de iis quæ gererentur: Siquidem novi, inquit, stadio quidem Græcos bellum gerere & scire & valere, dolicho verò non item. *Idem.*

MICHAEL ATTENDULUS, Venetarum copiarum dux, Francico Stortia, Mediolanensis populi militari duce, Caravagium obidente, cum Veneti Legati, sive, ut vulgo vocant, Proviores eum ad ferendâ oblesis opem hortaretur, eis respondit, Longè

A Longè citius esse Caravagium amittere, quam temerè cum hoste manum conferere. Itaque cum legati omnino ugerent, ut opem ferret, potius ex scripto obtestatus est, de id factum, quia jubebatur, & non quod iam agi debere sentiret; ratio neque attulit, propter quos, si prælium iniretur, necessarium Venetæ copias sperarentur, contra autem, si succedendo abstineret ad prælio, utilitè Venetis consultum iri. Itaque cum coactus esset dimicare cum hoste, Venetis exercitus, ut prædixerat, superatus fuit; ipse autem Venetias profectus, ex iis quæ ante ex scripto prædixerat, eam cladem aculavit. *Fulg. lib. 8. cap. 15.*

Victoria.

ARCHIDAMUS Agellai, celebrantibus ipsum, cum Arcadas prælo vicisset. Præfaret, inquit, si prudentia eos, quam læcetes vicissemus. *Plur. in apoph.*

PYRRHUS, cum signis collatis Romanos bis fudisset, multis desideratis amicis, & præfectis suis: Si nos, inquit, adhuc pugna populæ Romanos, actum de nobis fuerit. *Idem.*

Vicerat Hannibal Romanos ad Cannas. Cæterum cum victoria parta frigidius uretur, vir nobilissimus, Vincere scis inquit, Hannibal, victoria uti nescis. *Sabel. lib. 9. c. 11.*

Urbe, Muri, Munitionibus.

AGESILAUS querenti, Cur iniris careret Sparta? ostendens armatos cives: Hi, respondit, sunt Lacedaemoniorum muri. Alii dem querenti: Non lapidibus, inquit, sapiendi, nec lignis urbes sunt, verum incolarum virtutibus. *Plur. in apoph.*

LYCURGUS requirentibus de muro, negavit expertem muris urbem esse, quam virosum non laterum corona ambiret. *Idem.*

PANTHOEDAS in Asiam legatus, monstrantibus ei murum munium, ait: Pulchrum, inquit, hospites, gynæceum. *Idem.*

THEOPOMPUS (al. quoque Agellaius) in oppido quodam ostendit sibi muros, rogantique, Anne pulchri, & excelli videntur? Pulchri sanè, inquit, at non ad viros, sed ut eos incolant fecerunt. *Idem.*

PERICLES Eginae iusti Atheniensibus, ad Piræa velut læenam avellere. *Idem.*

DEMETRIADEM in Thessalia, Chalcidem in Eubæa, Corinthum in Achaia, Philippum Macedonum rex, compedes Græcæ vocitare solebat. *Sab. lib. 6. Em. 5.*

Castroammatione.

PHILIPPOS Macedo castra loco ameno metaturus, cum acciperet, non esse jumentis sanum: Quæ est, inquit, vita nostra, eam si accommodare & ad asinum tempora debemus? *Plur. in apoph.*

Armis.

LYCHI & Amphitryonis elegans disputatio apud *Erasm. in Hercule furente*, illo Herculeis nudæ arma, arcum scilicet & clavam, ut viri ignavi, & timidi, suggillat, hoc verò detendente, & armatum gravem militis utilem, & honoratum esse ostendente.

ARCHIDAMUS Agellai filius, telo conspecto catapultico, quod tunc allatum ex Sicilia primum erat, exclamavit: Pape perit viri virtus. *Plur. in apoph.*

AGIS minor, cum diceret Demades, Devorari à prestigiatoribus ob brevitate gladii Laconicus: Atqui his ensibus, inquit, hostes maxime attingunt Lacedaemonii. *Idem.*

PECUNIA, Stipendiis. DEMADES jubentibus aliquando deduci, & compleri naves Atheniensibus, cum inopia pecunie laborarent: Panis consuetudo, inquit, prior est procieta. *Plur. in Cleomene.*

ARCHIDAMUS Agellai, foci bello Peloponnesiaco, quantum stipendiis fatis futurum esset, requirentibus, postulantibusque tributa definiti, Non habet, inquit, bellum definitum pabulum. *Plur. ibid. & in apoph.*

Commeatu.

RODOLPHUS I. Imp. contra Difuntinum ducem rebellem arma movens, cum satrapis cepere consilium de sinendo manè consiliu: tum ex militibus quidam, Si vicerimus, unde nobis veniet commeatus: Et Rodolphus: Si vicerimus, eorum commeatu utemur; si victi fuerimus, ipsi nos alent. *Cypin.*

DE REBUS HOSTIUM PRUDENTER JUDICARE. Puta de Prudentia.

Apud *Plur. in vita Sylla*, Carbo dixisse memoratur, quum

Sylla non solum aperto Marte, sed dolis bellum gereret, E

is advenit & dicitur rogatum esse in Sidia. *Idem.*

Tradit Possidonius, fuisse Q. Fabium Maximum clypeum M. Marcellum ensem populi appellatum. Ipse certe confitebatur Annibal, timere se ut pedagogum Fabium, Marcellum ut adverstarium; ab illo, ne quid mali inferret, prohiberi se, ab hoc etiam accipere. *Plur. in Marcello.*

Stultitia.

CESAR, ut signis collatis victor de Pompejo fuit, non instrit fugientibus, sed receperit cecinit: Hodie, inquit, penes hostes victoria fuit, verum non habent, qui vincere norint. *Plur. in apoph.*

Hungaris ad Mugacium trucidatis, & rege ipso Ludovico ad sædum interitum palustris lacuna submerso, victor Solymannus Budam rectè contendit. Urbe, regique potius; ad Danubium posuit castra, invivique regiam arcem, ita tamen F

ut ea minime pernoctaret, quod antiqua Othomannorum lege cautum sit, ut Imperator nusquam muris, sed fux tantum custodiæ munimentis confidat. Ibi ad eum delata sunt occisorum antilitum, & procerum cruenta septem capita, quam purpurati ea singula ligno in gradui collocata, simularent honoris causa, inclinata cervice, & dextris ad pectus compositis nominatim salutarènt, Papatque strenuos per jocum appellarent. Sed Solymannus gravi fronte, quam singulorum nomina indicarentur, vehementer detestatus fuisse ferrebat unum præ cæteris Ladislaum Salcanium, Strigoniensem antilitem potentissimum, obiecto scædæ avaritiæ probo, quod is regem suum in tanta urgentis belli difficultate aurum mutuo deposcentem, quum multa pondeta in ejus thesauris laterent, adjuvare recussasset. Paulum Tomoræum Collocensem Archiepiscopum stolidæ temeritatis inculavit, quod vir conficiendis sacris dicatus, alienæ functionis munus arroganter usurpasset. Ex adverso Franciscum Perenam Varadiensem antilitem, feræ prudentiæ nomine laudavit, quod imminentes publicæ cladis nequaquam falsis vates, in consilio non insulse dixisset, quum Tomoræus de committenda pugna impotenter decerneret, postquam ejus fatali sententiæ obstiti non posset, se prævidere, quid cucullatus imperator posthæc efficitur: eum namque tanto ausu nihil omnino apertius præstiturum, quam ut celeberrimum diem Christiani Calendarii fastis inferret à cædè triginta millium Hungarorum martyrum, pro tuenda religione à barbaris iniquissima prælii conditione concisurum. Reliquos tyrones audentes appellavit. Quum verò ei Ludovici, & Mariæ uxoris simulacra obvidebantur, generoso ore dixit, se adolefcens regis calamitatem misereri, qui usque adeo malè obstiti in re gravissima consiliarios nactus, pugnam absurdè ratione committere properasset: & se non ea de causa, ut ei admitteret regnum, sed ut acceptis ab Hungaris contumelias ultore gladio vindicaret, in Pannoniam venisse affirmavit. *Jovius lib. 18. hist.*

Confidentia, Robore.

CROESUS Lydororum rege, in expeditione contra Cyrum Persarum regem, Lydus quidam Sandanis sic consuluit: Adversus tales viros expeditionem paras, rex, qui coriacea subligacula, quique è corio reliquam vestem ferunt: Qui non quibus volunt cibis vescuntur, sed quos habent, ut potè regionem aperam incolentes. Adhæc potu non vini utuntur; sed aquæ: non ficos ad comedendum, nec aliud quicquam boni habentes. Quibus cum nihil sit quod eripias victor, victus animadverte, quot bona amittes. Ubi enim gustaverit illi nostra bona, circumstent nos, nec abigi poterunt. Equidem diis habeo gratiam, qui non induxerunt in animum Peris, ut Lydos invaderent. Croesus, sic agentibus eum satis, à Cyro capris regnoque extus est. *Herod. lib. 1.*

Cum quidam actos de Peris triumphos commemoraret, acueretque ad bellum contra Athenienses: Ignorare mihi quidem, inquit, Eudamidas, videris, idem esse, ac si mille victor ovium cum quinquaginta lops deceret. *Plur. in apoph.*

Cum Xerxes rex cum classe esset ad Histiazam, ad eum Arcades quidam victu inopes, & operam suam præstare cupientes perferunt: qui interrogati à quodam, Quidnam Græci agerent? responderunt, eos agere Olympia, & spectare certamen gymnicum, atque equestre. Rattus eodem peconante, Quod

A Quodnam illis primum esset propositum, propter quod certarent? Oleaginam coronam, inquit, esse, qua donantur. Ibi Tigranes Artabani filius, audiens premium illis coronam esse, non pecuniam, silentium tenere non potuit, quin coram omnibus diceret: Pater, Mardonii, in quos viros induxisti nos ad pugnandum, qui non pecuniarum certamen agunt, sed virtutis? At Xerxes ejus sententiam pro timida habuit. Herod. lib. 8.

Obsidione.

P. Scipio Africanus cum teneret muros, propugnansibus ex arce Carthaginiensibus, auctor fuit ei Polybius, ut in mare interjectum non admodum altum murices ferreos dispergeret, aut tales disseminaret aculeatas, ne illac transmeantes adorirentur hostes aggeres. Cui ille, Ridiculum, ait, esse, cum teneant moenia, & in urbe sint, jam hoc agere, ne cum hostibus dimicent. Plut. in apoph.

Acie, Congressu, Pugna.

P. Scipio Africanus negabat, aliter cum hoste configi debere, quam aut si occasio obvenisset, aut necessitas incidisset: eoque prudenter, nam & prosperam gerendam rei facultatem omittente, maxima dementia est: & in angustiis utriusque pugnandi compulsum abstinere se prolo, & pessime ignaviae affectu exitum: eorumque qui illa committunt, alter beneficio fortunae uti, alter injuriae necesse resistere. Val. Max. lib. 7. cap. 2.

Apud Pharsalum cum acie Cn. Pompejus digressus, ne se moveret, sed exiret hostes, edixisset: C. Jul. Caesar errare dixit eum, quod militum vim, & impressionem, quae ex incursum furioso intetur, resolvisset. Plut. in apoph.

Literis, Nunciis.

IDANTHURAS (Herodoto Idathyrius) Scytharum rex, ad Darium Perfarum regem, qui Istrum trajecerat, literas quidem, quibus ci minaretur, misit nullas; sed pro literis symbolum hoc, marem, ranam, avem, sagittam, & aratum. Cumque haec in Darii castris aliter interpretaretur, Oronotopagus tribunus militum censuisset significari, eos omnium rerum ditionem esse facturos, quae symbolis haec exprimerentur: mure domos, rana aquas, ave aera, sagitta arma, aratro terram. At Xiphrodes longe alio modo interpretatus, multoque veritatis: Nos vero, inquit, quantum haec symbola ostendunt, nisi aut terram subeamus, ut mures, aut aquam, ut ranas, aut evolemus, ut aves, non effugiemus ipsorum tela; neque enim terra, quam ipsi arant, domini sumus. Clemens Alex. ex Pherocyde & yro. Herodotus tamen in Melpomene haec historiam paulo aliter recenset. Tres enim reges numerat Scopelin, Taxacin & Idathyrium. Deinde pro aratro & sagitta, quinque sagittas ponit. Tertio pro Oronotopago tribuno militum, Darium ipsum, & pro Xiphrode, Gobryam unum & septem, qui magos sustulerunt. Herod. lib. 4.

PATROCCLUS Ptolemaei dux Antigono regi pices, & ficus per anigmam misit, ut lib. 3. Historiarum narrat. Plutarch. administrantibus omnibus hujusmodi dona, subridens Antigonus qui tum putabat, dixit ad amicos, se quid dona significant cognovisse. Vel maris, ait Patroclus, oportere nos esse dominos, vel ficos comedere. Athen. lib. 8. c. 2.

Civitatibus, Arcibus, Propugnaculis expugnandis, evertendis.

PHILIPPUS Macedo arcem munitam capere volens, ut renunciarunt speculatores, asperam undique esse atque inexpugnabilem: Iane, rogavit, aspera foret, ut nec onustus auro alius eo posset accedere. Plut. in Regum apoph.

ALEXANDER rupem Aotnum appellatam apud Indos obsidens, cum acciperet praesidium inexpugnabile esse, sed cum qui teneret illam, hominem imbellem: Ergo nunc est, inquit, expugnabile praesidium. Plut. in apoph.

ACESPOLIS Cleombroti F. cum narraret quidam, Philippum paucis diebus Olynthum delevisse ille hercle, inquit, aliam talem urbem multo longiore & spacio non excitaverit. Idem.

Lacedaemonii quandoque quum vi urbem quandam cepissent, Ephori qui scirent, quantum militari disciplinae confertet assidua exercitatio, dicere non dubitarunt, si per se non per alios qua res: Perit luctatio juvennis, neque enim debine adversarios habebit. Rursum pollicente rege, urbem quandam funditus eversurum (nam ea Lacedaemonis negotia plurima exhibuerat) haudquaquam permiserunt illi, quum dicerent, minime subvertendam esse urbem, id est, juvenutis cotem. Cal. lib. 27. c. 1. A. L. ex Plut. Lacom.

Agebatur Roma occulte inter patres de Carthagine funditus delenda, exitu ea consultato in longam, & difficilem disceptationem, majore Portio Catone, cui antea Prisci fuit nomen, sentente, Carthagine non delendam, ut Roma incoluntis esset; multique pedibus ire in eam sententiam. Tum P. Scipio Nafica identidem testatus, viderent illi, qui tam cupide velent Carthagine non exeam, ne pop. Rom. amula, & inimice urbis metu liberatus, in domesticam laborer discediam. Quod malum multo prius prospexit Nafica, sed necessitate ire obvium non potuit. Sab. l. 4. c. 8. Florus lib. 49. & lib. 3. cap. 15. Appianus in Libyco, Plut. in vita Catonis Censorii, Orofus lib. 4. cap. 22. Plinius cap. 18. de Vir. ill.

Spoliis.

LYCURGUS roganti, Cur mortuos hostes interdidisset spoliari? Ne, inquit, detrahendis incumbentes spoliis, negligant pugnam, verum ut paupertatem quoque cum loco in acie teneant. Plut. in apoph.

CLEOMENES querenti ex ipso, Quare diis Spartiate hostium spolia non facerent? Quod detracta, inquit, ignavis sint. Si quidem de possessorebus eorum ignaviam capta, neque juverent de posse bonum est, neque diis dicere. Idem.

PAUSANIAS Cleombroti F. demirantibus quibusdam in manibus barbarorum vestes: Satus esse, ait, ut laudati ipsi sint, quam ut possideant laudata. Idem.

JUDICIUM PHILOSOPHICUM APTUM.

Ex Tit. Doctorem amatores, huc quadam, quatenus amor & cultus doctorum ex recto doctrine iudicio provenit.

SOCRATES apud Plat. in Phaedon, ostendit, philosophari neminem recte posse, nisi se, quam maxime fieri possit, a consorcio corporis, id est, ab omnibus affectibus sejungat; quod tum optime fit, cum animus liber erit, corporisque carere solutus, & in hac vita uti quilibet se maxime perturbationibus exolvit, ita liberissime verissimeque id quod est, verumque ipsum, hoc est Deum, & divina contemplantur: idcirco Philosophia definitur mortis meditatio, id est, corporis animaeque separatio, & eadivortium quoddam, ut animis puris sit, corporis facie non contaminatus, nam purissimum illud divinum verum ab impuro animo contingi nefas: ite ad amicitiam deorum plura esse cognita existimabat, quam impius hominibus, & qui Deum non sequuntur. In Cratyllo, solos homines viros sapientes esse dicit, & in Epinomeo peritiam rerum caelestium doctorum aliquem, nisi opem deus tulerit, negat.

PLATO in 6. de Rep. Deum, ait, lumen esse mentis, non secus quam fit sol hic, quem videmus, lumen oculorum corporis, & ut beneficio huius habermus, quod cernimus, ita beneficio Dei, quod intelligimus, lumenque illud sacrum, & divinum rebus ipsis veritatem, nobis vero vim ejus percipiendae tenendaeque largiri, ac esse, ut ex Platone inquit Greg. Nazianzenus, solem hunc mundi visibilis lumen, Deum vero mundi invisibilis.

PLATO Diogenem infantem & furentem Socratem appellare consueverat. Alianus de Varia hist.

ALCIBIADES apud Platonem in Convivio, Socratis encomium dicitur, cum Silenis similem facit, quod is multo alius esset propius intendit, quam summo habitu fecerat: quem si de summa, quod dicitur, cute qui aestimasset, non emisisset. Facies erat rusticana, taurinus aspectus, nares sumae, mucoque plene. Sannione quempiam baddum, ac stupidum dixisset, Cuius neglectus, sermo simplex ac plebeus, & humilis, ut qui semper aurigas, cerdoes, & iullones & fabros haberet in ore. Nam hinc ferre videbat illas suas vias, quibus urgebat in disputando. Fortuna tenus, uxor qualem ne yllissimum quidem catonatum ferre posset. Videbatur mirari formas adolescentulorum, videbatur amare & zelotypia tangi, cum eum ab his affectibus dis daretur abesse commiserit etiam Alcibiades. Denique hoc ius ille perpetuus nonnullam habebat morionis speciem. Cum ea tempestate ad infantiam usque ferveret inter fultos profertend sapientiam ambitio, nec unquam esset Gorgias, qui se nihil necire sciret, & Ardelionibus hujusmodi nuse quam non referta essent omnia, solus hic hoc unum scire se dicitabat, quod nihil sciret. Videbatur ineptus ad omnia Reipublicae munia, adeo ut quodam die nescio quid apud populum adoratus agere, cum rifu sit expulso. Atqui si Silenum hunc tam ridiculum explicuisset, videlicet nunten invenisset potius quam hominem, animum ingentem, sublimem,

A mem, ac verè philosophicum, omnium rerum, pro quibus ceteri mortales cutunt, navigant, agunt, litigant, belligerantur, contentiosent, injuriis omnibus superiorum, & in quem nullum omnino jus haberet fortuna, & usque adeo nihil timementem, ut mortem quocumque nulli non formidatum contempserit, in tantum, ut citante eodem eberit vultu, quo vixitio solet; utque jam moriens etiam in Phaedonem suum iocaretur, admonens, ut voto se liberans, Aesculapio gallum persolveret, perinde quasi sumpto pharmaco, jam sanitatis beneficium sentiret, cum exiret è corpore, unde omnes animi morbi sciant, ac pullant. Proinde non injuria, cum id tempestatu plena sopsis essent omnia, solus hic morio, sapiens oraculo pronunciatu est, & plus iudicatus scire, qui nihil sciebat, quam hi qui nihil nescire se predicabant; imò ubi ipsam iudicatus est plus ceteris scire, quod unus omnium nihil sciret. Erasim. in Adag.

Sermones doctrinamque Socratis quidam Paulonis picturis comparabant. Paulonem enim pictorem ajunt, cum quidam iussisset sibi voluntatem equum pingere, currentem pinxisset: cumque qui tabulam illi tradiderat, indignaretur, quod contra pactum fecisset picturam, respondisse, Verte tabulam, & volutabur equus, qui nunc currit. Ita quoque Socratem non explicare, planeque differere, at si quis ea veritat, planissima promptissimaque esse. Alianus l. 14. Var. hist.

ANTIPHANES, de dialogis Platonicis, ludens dicebat: Quemadmodum apud Scythas quosdam, verba à contrahentibus hyme emissa, in medio aere congelata haerent, donec verni Solis radii liquata fluant, & tunc demum auditu ab aliis percipiuntur: ita Platonis scripta à juvenibus conspici, atque legi, ab adultis tantum intelligi posse. Plut. de Virtut. provelin.

Nutrenius Pythagoreus, Platonem dixit esse Atticum quemdam Mosen. Theodor. lib. 4. de Princip.

DEMONAX interrogatus, quando cepisset philosophari: Po-fleaquam, inquit, cepi nolle meipsum. Erasim. in Adag.

MAURONIUS apud A. Gellium lib. 5. cap. 1. in eos, qui modulatu vocum, ac lenociniis verborum excitant in anem applausum auditorum: Scito, inquit, illic non philosophum loqui, sed tibicinem canere.

INEPTUM.

Doctorem contempserit: ad hunc quoque locum pertinent, quatenus de aliena scientia ex sua imperitia inepte iudicant.

AMBIGUUM.

PHILIPPUS Vatanæ, Camerinae Comitissæ, epitaphium sub tumba holoferico tecta Ferrariae extat apud S. Marcum della Valle, in tabella depicta, Justitiam à sinistra, Fortitudinem à dextra habens, schedam manu tenentem cum hac inscriptione: Ego illa Philippa Camerina muliebri corpore viri animum gerens in lubrico consisti; tum despicendo, tum aggrediendo omnium in me oculos contuli, illos admiratione stupentes, hos haeritantes scens reliqui: duos acerrima pugna tyrannos distaxi, & quoniam nihil sine hac mihi ita similitudine juncta, ut cum ea, vel ex ea nata videar, agendum contulit, ex principis futura prospiciens, hoc preparavi. Sub tabella deinde haec leguntur: Quae sunt, pro iis quae non sunt, quae si essent (ali), Quasi essent) pro iis quae cum sunt, non sunt: Quae videntur esse pro iis, quae clam sunt, in causa sunt, ut quod estis, sitis. Utrique ad latera mortuorum ossa, & calvariae depictae, cum hoc epiphonemate, Adhuc vivet. Inscriptio ista, digna illustrissimæ & eruditissimæ gentis sepultura, eruditiorum ingenia vel maxime torqueri, Gaudemius Merula lib. 1. Memorab. c. 8. testatur. In ea explicanda cum Tabulator quidam philolophus, in unum tenuis, animi causa exercebatur, & cordatam mulierem pravarum cupiditatum supra sexus sui vires domitricem, hac parantem viam ad philosophicam mortem, in veritatis & virtutis studio positam, excitare voluisse suspicaretur, in duas partes epigraphen dividebat. Quarum prior tribus axiomatibus constaret, omnia ea, quae ab homine in hac vita dicerentur, agerentur, cogitarentur, continerent, relata vel ad boni possessionem, vel ad veri cognitionem, bona autem dium generum: Aeterna alia, alia Caduca. De Aeternis axioma primum esse: Quae sunt (h. e. aeterna) pro iis quae non sunt (id est, pro caducis) subintellige (Amplecti, facit bonos: Non amplecti, facit impios, & Scientes.) Jam vero posterior pars epigraphes finem continet, propter quem humana fuit omnia, quando ait: In causa sunt ut quod estis (in hac mortali vita enigmatica) sitis (in vita immortalis futuri) abique enigmatice scilicet, & summum bonum possessuri, & summum verum cognituri. At Caelius quidam multo brevius, in propaganda sui memoria ad posteros Philippam enigmatica hac epigraphae uti voluisse arbitratur, & simul quenam oblivionis, & interitus causae essent, per ambages monere. Et quidem tria genera eorum, quae vulgus bona esse putat, constituit. Quae sunt (Divitias maxime corporeas, & durabiles) Quae quasi sunt, Voluptates quia transeunt) Quae videntur esse (Honores) iidemque opponi totidem bonotum genera, Animi nimirum veras divitias, voluptates puras, honores aeternos. Sic autem intelligenda esse opposita ista, ut priora in singulis membris deteriora sint, posteriora meliora, Ergo si qui inglorii, obcuri, miseri denique sint, id propterea fieri, quod opinione decepti, caduca pro aeternis amplectantur: qui vero contra virtutem hominis verum bonum adamaverint, ii gloriosi, clari & beati erunt. Quidam alius non obcurus aetatis nostrae Aristippus affirmavit, de Materia prima enigma propositum sibi videri. At Ludovicus Castellvitreus Mutinensis epitaphium hocce ab Alexandro Guerinio Ferrariae in templo D. Mariae de Vado, anno 1518. positum asserit, neque ipsummet de sensu illius quicquam pronuntiare voluisse, quod eum sibi excidisse simularet. Verum quidam Alexandri discipulus & narravit, & exemplis quorundam poematum confirmavit, Ferrariensis tum temporis, quotquot literis dediti humanioribus essent, ei rei interdum studuisse, ut magno conatu magnas pugnas agerent, hoc est, splendida licet, & proluxa oratione, nihil tamen dicerent. Eiusdemque generis hanc quoque inscriptionem videri, praeterim cum Philippa ista, Boriani cuiusdam Mutinensis mercatoris locupletis, filia, Joanni de Varano Camerini Domino, exuli propter dotis amplitudinem nuptum data, pulchra magis, quam pudica fuerit, & tandem amoris actu ad infantiam redacta, & saepius per compita Ferrariae nuda curruerit. Ex Joanne Matthiam F. cum fratribus Varanis dicitur suscepit, qui jus suum Camerinense Paulo III. Pp. vendere; quo ille fretus, Camerinum duci Urbinate eripuit, & pro Parma & Placentia commutavit.

LEGES SIVE PRÆCEPTA JUDICIALIA.

DATA A DEO PER MOYSEM POPULO Hebraeorum.

Require in Loco De lege, & Legislatore, ubi earundem synopsis ex Pentateucho Moysis collecta, una cum aliis Moralibus recensetur. Leges vero mixtae, puta, Ceremoniales & Judiciales: Item Morales & Judiciales, petantur ex eodem loco, & Titulo de Ceremoniis.

JUDICII SUSPENSIO PRUDENS.

De incertis judicare nolle, five in judicio, five extra judicium.

Academici in disputationibus philosophicis adhibendam esse censent, quandoquidem in utraque partem probabiliter de quavis re serere diseri possent. Sunt etiam talia quaedam in vita practica usque adeo ambigua, & incerta, ut in quacumque partem se vertaris, sit, quod assensionem iudiciumque tuum impediatur. In quibus ipsis ego xlvj retinere, iudiciumque suspendere, prudentis est liberè assentiri, sicuti hominis est, & temerarii.

DE QUIBUS. Suspendere iudicium de

REBUS. PUTA DE

Probitate.

DEMARATUS Spartanus, cum ab improbo quodam impotenti interrogeretur, Quemnam de Spartatis optimum iudicaret civem: Idque saepius se iudicatum reculasset, respondit